

153. Respice celeritatem rapidissimi temporis, cogita brevitatem hujus spatii, per quod citatissimi currimus. Epist. 99.
154. Honestè servit, qui succumbit tempori. In suis *Proverb.*
155. Omne tempus, quo de Deo non cogitas, hoc puta te perdidisse. *Sent.* 47.
156. Sapiens vir parcat, ne perdat tempus. *Ibid.*, sent. 243.
157. Pretiosissimus sumptus est tempus. In suis *Theophr. Philos.*
- Vide etiam tit. *Certamen*, sent. 124; *Fabula*, sent. 9; *Mors*, sent. 158; *Negotium*, sent. 16; *Penitentia*, sent. 74, 169.

## TENEBRÆ.

9. AUGUST. *Definitio.* Nihil sunt aliud tenebræ, quam aer carens luce. Lib. 11, de *Civitate Dei*, cap. 10. Nihil est aliud adesse tenebras, nisi abesse lucem. Lib. 2 *Conf.*, cap. 3.
9. BASILICUS MAGNUS. Tenebras dicimus aerem aliquem esse lucis expertem, aut locum objectu corporis obumbratum, aut quacunq; causa carentem lumine locum. *Homil.* 2, *Hexam.*

## SENTENTIE PATRUM.

9. AUGUST. 1. Homo tenebratur dum plus amat creaturam, quam Creatorem. Lib. 2, de *Lib. Arb.*, cap. 16.
2. Infideles homines tenebræ sunt, qui per fidem conversi ad Deum, quadam præmissa illuminatione lux fiunt. Epist. 120, cap. 23.
3. Privationes possunt tenebræ nominari. *De Gen. imperf.*, cap. 5.
4. Non omnes tenebræ nox. Lib. 1, de *Gen. ad litt.*, cap. 12.
5. Homo a Deo sibi presente illuminatur, absente autem continuo tenebratur. *Ibid.*, lib. 8, cap. 12.
6. Per tenebrarum diuturnitatem mutati oculi, mutatum solem sentiunt. *Amot.* in *Job*, cap. 10.
7. Homines peccatis suis tenebræ sunt. *Ibid.*, cap. 38.
8. Nihil absurdius quam ibi esse accommodatus, et apertus incolas amatoresque tenebrarum, ubi lucis perspicuitate gaudetur. *De Morib. Manich.*, cap. 9.
9. Ubi lux non est, tenebræ sint necesse est. Lib. 11, de *Civitate Dei*, cap. 9.
10. Cum acies oculi corporalis currit per species corporales, nusquam tenebras videt, nisi ubi cœperit non videre. *Ibid.*, lib. 12, cap. 7.
11. Sicut aer tenebrescit luce defectus, ita tenebrescere animam intelligimus sapientie luce privatam. *Ibid.*, lib. 14, cap. 40.
12. Non nossemus tenebras, si in tenebris semper essemus: sed lucis notitia contrarium suum

- non sinit incognitum. *De duabus animabus*, cap. 8.
13. Peccata tenebræ animarum sunt. Lib. 1, de *Baptismo contra Donat.*, cap. 11.
14. Mens in tenebris est, nisi luce vestiatur. *Tract.* 2, super *Joan.*
15. Multi cum fuerint diutius in tenebris, infirmatur acies ipsorum, quasi jejuniu lucis. *Tract.* 43, super *Joan.*
16. Oculi in tenebris patent, et non vident. *Ibid.*, tract. 14.
17. Oculi si se a lucerna avertent, tenebrantur: si se converterint, illuminantur. *Ibid.*, tract. 22.

18. Tenebræ metuendæ sunt morum, non oculorum; et si oculorum, non exteriorum, sed interiorum. *Ibid.*, tract. 35.
19. Amando tenebras, in tenebris remanebis. *Ibid.*, tract. 15.
20. Si recedis a lumine, in tenebris computaris. *Ibid.*, tract. 48.
21. Qui in tenebris ambulat, nesciunt quo eunt; quia tenebræ excœperunt oculos eorum. *Tract.* 4, super *Epist. Joan.*
22. Recordatio tenebrarum exteriorum, facit

S. BERNARD.

non horrere solitudinem. Epist. 4, ad *Robertum nepotem suum.*
23. Tenebræ luce fugantur, eoque magis quo lux major est. Epist. 1, ad *Catum Monach.*

S. DOMINUS AREDIENSIS.

24. Mens tenebris obducta, ad impudentiam trahit. *Ad Monachos*, parænes. 46.

S. EPYRUS.

25. In tenebris residemus, si promoveri cessamus. *Homil.* 4, ad *Monachos.*

S. EUSEBIUS EMISSINUS.

26. Qui lucem justitiæ non querit, de tenebris non recedit. *Super Job*, cap. xv, in illud: *Non recedat de tenebris.*

GLOSS. ORD.

27. Non novit lux tenebras, id est, non aspiciet: quia si aspiciet, tenebræ non essent. *Super illud Matth.* vii: *Nunquam novi vos.*

S. GREGORIUS MAGNUS.

28. Sunt tenebræ, ubi Christus non respicit: ubi lux illa vera non ingreditur, que sic lucet in tenebris, ut tamen non comprehendatur a tenebris. In *Psalm. Penit.*, super illud *Psalm.* vii: *Non avertas faciem tuam*, etc.
29. Lucem debet conspicere, qui vult de tenebris judicare: ut in illa videat quid de tenebris æstimet, per quas videre præcipitur. Lib. 24 *Moral.*, cap. 6.
30. Lucerna in tenebris lucere cernitur, sed in solis radio posita tenebratur. *Ibid.*, lib. 5, cap. 28.
31. Homini diviti, dies tenebræ sunt. *Super Ecclesiasten*, cap. 5.
32. Clarus sit lumen comparatione tenebrarum. Epist. 46, ad *Rustic.*

33. Quando peccator mala operatur, aut cogitat, in tenebris est, sed in tenebris propinquior-

S. JOHANNES CHRYSOSTOMUS.

- bus: quando autem in hæresim quadam incidit, tunc projicitur in tenebras exteriores. *Homil.* 53, super *Math. Oper. imperf.*
34. Tenebræ quam splendor lippitissimis oculis commodiores sunt. *Homil.* 7, super *I Cor.*
35. Multi lucem relinquunt, ut in tenebris cæci se debiles jactent. Lib. 4, de *divin. Inst.*, cap. 1.
36. Lucem debet intueri, qui vult de tenebris judicare. *De Ligno vite*, tract. 12, de *Humilit.*, cap. 4.
37. Tenebrosi effecti, imo tenebræ Verbi lucem recipere non merentur. *De casto Connub.*, cap. 17.
38. Lux separaret a tenebris, et fugiant filios diaboli filii veritatis. *Serm.* 4 *Quadrages.*
39. His, qui de tenebris progrediuntur ad lumen, lux imprimis molesta est, donec oculi luminis assuescant. *Epist.* 137, ad *Alexandr.* de *S. Albano.*
40. Lucem tenebræ fugiunt, tenebræ luce redeunt abscedente. *Serm.* 44.
41. Brevis lux melior est, quam æterna tenebræ. Lib. *Quis rerum divinarum hæres sit.*

LACTANTIUS FIRMICIANUS.

S. LAURENTIUS JUSTINUS.

S. LEO I.

PETRUS DE ES.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

S. PAVLUS APOSTOLUS.

## SENTENTIE PAGANORUM.

42. Tenebræ sunt invisibiles, quas etiam visus discernit. Lib. 3, de *Anima*, cap. 19, text. 103.

## TENTATIO.

- Definitio.* Tentare est experimentum de aliquo sumere. *Super I ad Thessal.*, cap. 3, lect. 1.
- Tentare nihil aliud est, quam experiri, seu probare: unde tentare hominem, est probare virtutem ejus. *Opusc.* 7, super *Pater noster*, petit. 6.
- Divisio.* Duplex est tentatio. Est tentatio violenta, scilicet adversitas; est tentatio deceptoria, scilicet prosperitas. *Super Psalm.* lxxiii.
- Triplex est tentatio: probationis; deceptionis; explorationis. Tentat Deus ut probet; tentat diabolus ut decipiat; tentat homo ut exploret et sciat. *Super I ad Cor.*, quest. 81.
- Septem sunt genera tentationum. Prima importuna; secunda dubia; tertia subilia; quarta occulta; quinta violenta; sexta fraudulenta; septima perplexa. Prima inquietat, secunda exagitat, tertia vulnerat, quarta excecatur, quinta cernatur, sexta infatuat, septima dilaniat. *Part.* 2, super *Psalm.* xc.
- Comparatio.* Sicut torrens trahit poleas, et ista leviam ad Oceanum; sic torrens tentationis trahit secum vanos, non humiles; ad Oceanum inferni. *Tit.* 4 *Diocet.*, cap. 3.

S. THOMAS AQUINAS.

S. BONAV.

HUGO A. S. VICTORE.

S. GREGORIUS MAGNUS.

RICHARDUS A. S. VICTORE.

S. DONAV.

S. DONAV.

S. DONAV.

S. DONAV.

S. DONAV.

S. DONAV.

S. DONAV.

S. DONAV.

S. DONAV.

S. DONAV.

S. DONAV.

S. DONAV.

S. DONAV.

## SENTENTIE PATRUM.

1. Neminem profectus Dei gratia intentabilem facit, ut nullo cum hoste confligat. *Præsec.*
2. Cum laudabilis sit, atque felicius, pugnan-

tem non potuisse vinci, quam desiderem non potuisse tentari. Lib. 2, de *Vocac. Gen.*, cap. 10.
3. Diabolus ubique insidiatur homini, ubique congregitur: sed ubi mulierem non invenit, victus abscedit. *Serm.* 37, in *Quadrages.*
4. Accepti quidem diaboli tentandi licentiam, sed non accepti copiam subruendi, nisi sua sponte labatur infirmus affectus, qui sibi auxilium non morit accersire. *De Paradiso*, cap. 2.
5. Quælibet jacula iusto nocere non possunt, cui Deus lux est. *De Nabulle*, cap. 14.
6. Tunc potestas diabolo gravioris tentationis permittitur, cum culpa animæ gravior reperitur. *Super Psalm.* xxxvii.
7. Justus optat probari, tentari non timet. *Super Psalm.* cxviii, *Serm.* 14, vers. 2.
8. Tentatio est causa victoriæ, materia triumphum: dives ille qui tentationem non sensit in hoc sæculo, in penis est apud inferos. Lib. 4, super *Luc.*, cap. iv, super illud *Matth.* 7: *Arcta et angusta est via.*
9. Diabolus incessanter pius persequitur, et tanto periculosus, quanto occultius. *Super II Tim.* iii, in illud: *Persecutionem patientur.*
10. Ignorant laici in sæculo quid sit tentatio, quia ita occupati sunt vitii, et pressi occupationibus mundi, quod non expectant tentationes, sed eas preveniunt, et demones provocant ad tentandum eos. *Part.* 5, tit. 16, cap. 10, § 3.
11. Vita nostra in hac peregrinatione non potest esse sine tentatione, quia profectus noster per tentationem nostram fit: nec sibi quisque immo-tescit nisi tentatus, nec potest coronari nisi inimicum et tentationes habuerit. *Super Psalm.* lxx.
12. Tantum permittitur diabolus tentare, quantum tibi prodest ut exercearis, ut probetur, ut qui te nescias, a te ipso inveniaris. *Super Psalm.* lxxi.
13. Quadrati lapidis similis debet esse Christianus: in omni tentatione sua Christianus non cadit, etsi impellitur, etsi qua veritur, non cadit: nam quadratum lapidem quacunq; verteris, stat. *Super Psalm.* lxxxvii.
14. Premunt nos, sed non opprimunt: urgent nos, sed non demergunt. *Super Psalm.* xxxi, *Enarrat.* 2, vers. 8: *In ditivio aquarum multarum.*
15. Si tentator deficit, ut deesset, Domino tu fecisti: locus et tempus si deficit, et ut huic deesset tu fecisti: affuit tentator, non deficit locus, non deficit tempus; sed ut non consentirem, tu me tenuisti. In *Soliloq. animæ*, cap. 16.

16. Si Deus cessat tentare, magister cessat docere: sed Deus tentat ut doceat, diabolus tentat

S. ANSELMI.

S. ANTONIN.

S. AUGUST.



ut decipiat. Serm. 2, *fer. 4 post Dominic. 1 Quadr.*

17. Diabolus ubique insidiat homini, ubique congregitur: sed ubi mulierem invenit, vincit; ubi mulierem non invenit, victus abscedit. Serm. 1, *fer. 4 Dom. 2 Quadr.*

18. Nemo de suis viribus confidat quando suffert tentationem, quia ut mala fortiter perferamus, a Deo est, non nostra est patientia. Serm. 1, *de S. Vincent.*

19. Vocabulum tentationis diversas intelligentias habet, eo quod alia sit tentatio deceptionis, alia tentatio probationis: secundum illam non intelligitur qui tentat, nisi diabolus, secundum hanc vero tentat Deus. Epist. 146.

20. In hoc seculo necesse est, ut civis regni eorum inter errantes et impios tentationibus agitentur, ut exerceantur, et tangantur in furnace, sicut aurum, probentur. Epist. 205.

21. Temporis huius vite laboriosa atque arduosa, exercenda atque ab infirmitate perficienda virtuti, necessaria sunt tentationes. Lib. 3, *de Gen. ad lit.*, cap. 15.

22. Diabolus adventitus est ad tentandum, si quidem habeat homo etiam propria tentationes. Annot. in *Job*, cap. 20.

23. Invoca Dominum cui credis, ut tueatur te adversus tentationes diaboli. *De Catechis. rud.*, cap. 25.

24. Non omnis culpanda est tentatio, quia et gratulanda est, qua sit probatio. Lib. 16, *de Civit. Dei*, cap. 32.

25. Non cessat diabolus pios tentare, ut animus humanus aut afflictione succumbat, aut elatione vaneat. Lib. 1, *contra Gouvent.*, cap. 21.

26. Tentat libido, ut accendat. Lib. 4, *contra Julian.*, cap. 16.

27. Forinsecus diabolus oppugnat, immittendo varias tentationes: sed ille non consentit, cui Deus intus loquitur. Tract. 4, super *Epist. Joan.*

28. Laboribus temporalibus exercemur, et tentationibus vite presentis erudimur. *Ibid.*, tract. 7.

29. Tentatio accedit, persevera usque in finem; quia tentatio non perseverat usque in finem. Tract. 15, super *Joan.*

30. Non parva est tentatio, si contra tuam sit causam tunc postulat. *Ibid.*, tract. 73.

31. Ecclesia catholica inter tentationes vivit, crescit, perdurat, pervenit; sed cum pervenerit, succedet quies labori. Homil. 45, ex *Homil. Quinquag.*

32. Quia diabolus falsa contra nos non potest dicere, querit vana que dicat; ideo tentat, ut habeat quod dicat. *Ibid.*, homil. 38, cap. 4.

38. Frequenter superatus prosperitate, qui superari non poterat adversitate. In suis *Proc.*, verbo *Frequenter.*

34. Tentator pervigil hos acrioribus pulsat insidiis, quos maxima videt abstinere a peccatis. *Ibid.*, verbo *Tentator.*

35. Tanta arte pugnandi diabolus fideles semper impugnat, ut nullum eis unquam securum a certando tempus relinquat. Lib. 2, super *Esdram*, cap. 14.

36. Impossibile est humanam animam non tentari. Lib. 4, super *Marc.*, cap. 14, in illud: *Ne intretis in tentationem.*

37. Sape antiquus hostis postquam menti nostre tentationum certamen infixit, ab ipso suo certamine ad tempus recedit, non ut illate malitia finem probat, sed ut corda que per quietem secura reddidit, repente rediens, facilius inopinatus irrumpat. Lib. 1, super *Luc.*, cap. IV, in illud 41: *Diabolus recessit ab illo.*

38. Eligamus potius ardro quam cedere: etiamsi gravis tentationum fervor, utriusque hominis statum vehementer afflixerit. Serm. 3, *vigil. Nativit.*

39. Potest inimicus excitare tentationis motum, sed in te est si volueris dare, seu negare consensum. Serm. 5, *Quadr.*

40. Diabolus plus confidit in adiutorio carnis, quoniam magis nocet domesticus hostis. Lib. *Medit.*, cap. 15.

41. Caro suggerit mollia, mundus vana, diabolus amara. *Ibid.*, cap. 14.

42. Quod resistentem fatigat, vincentem coronat. *De inter. Domo*, cap. 49.

43. Demonum officium est suggestiones malas ingerere, nostrum est illis non consentire. Lib. *Medit.*, cap. 14.

44. Diabolus dupliciter tentat, ut Leo, et ut Draco. Prius tentat ut draco, ad seducendum; postmodum ut leo ad frangendum. Prius enim tentat emolire per blanditias, postea tentat frangere per penas. Super *Luc.*, cap. IV, in illud: *Recessit ab illo.*

45. Habes signum vere dilectionis, si non superavis impetu tentationis. Serm. 2, *Dom. 17 post Pent.*

46. Quanto tentans est versutior et callidior, tanto difficilior est ejus laqueos et cantelas evadere. Super lib. 2 *Sent.*, dist. 21, arl. 2, quest. 3, argum. 2.

47. Sanctus vir se tentari post virtutes desiderat, ne ex confidentia virtutum torpescat. Super lib. 2, *Sent.*, dist. 2.

48. Tentat Deus ut erudiat, diabolus ut decipiat,

mundus ut allicit, homo ut concitiat, caro ut inficiat. In *Centilog.*, part. 1, sect. 2.

49. A carne, a mundo, a diabolo, et a Deo procedunt tentationes. Lib. 4, *de Profectu relig.*, cap. 2.

50. Tunc diabolus hostis noster contra nos incens est, et solis estus suggestionibus nos impugnat, studendo ut peccemus, non cogendo. *Ibid.*

51. Illa tentatio magis periculosa est, que minus molesta sentitur. *Ibid.*, lib. 2, cap. 2.

52. Tunc maximam impugnationem sustinet, quando se quis impugnari non sentit. Homil. 34.

53. Boni viri diaboli quidem tentatione pulsantur, sed Dominum adiutorem habere non desunt. Super *Psal.* CVIII, vers. 11: *Non sit illi adiutor, etc.*

54. Martyrii occasio, est quavis tentatio. Lib. 4, *Stromat.*

55. Vacuum esse passionibus, non est non impugnari a demonibus: sed illud potius, ad illis pugnatum, non expugnari. *De Perfect. spirit.*, cap. 98.

56. Finis tentationis est cognitio: homo tentat aliquem et bene et male: bene, dum querit eum cognoscere ut prosit: male dum querit eum cognoscere ut noceat. Super *Epist. Jacobi*, cap. 1, arl. 2.

57. Magis timere debet Christianus se non esse in statu salutis et gratie, et ad electorum consortium non pertinere, dum nil adversitatis, nil tentationis sibi contingit. *De Mortificat. vivifica.*

58. Tanto acrius et frequentius tentationibus impugnatur. *De Profectu Spirit.* arl. 18.

59. Necessario bonum dici potest secundum Deum, nisi approbetur tentatione. *Doctrina*, 19.

60. Nulla unquam tentatio, strenuum pietatis athletam offundit. *De recta vivendi Ratione*, cap. 54.

61. Non est grave oppugnari tentationibus, sed grave est per ignaviam cedere. *De Pugna carnis*, cap. 3.

62. Cupis non succumbere tentationi? omnem tuam voluntatem absconde, et regulam obtinebis. *Ad Monachos, Parvos*, 5.

63. Nemo asstimet se a Deo deseri, cum traditur tentationi. Homil. in *Litanis*.

64. Inimicus noster mille contra nos nocendi exercet ingenia: juniores quoque et insipientes, vel indecorosis gula blandimentis attentat, vel aculeis non edomitis passionis impugnat. *Prose.*

65. Meliores vero quoque a seniores per elationis atque jactantiae malum pro profectu ipso ac meritis propriis expugnare conatur. *Ibid.*, homil. 8, ad *Monachos*.

66. Nullus se Dei servum reputare debet, quoniam per tentationem et tribulationem non transierit. *Prose.*

67. Annulus est quodammodo victa tentatio, quo Dominus servi sui animam sibi desponsat, in suis *Opusc.*, collat. 28.

68. Nulla virtute potest diabolus expugnare hominis animam (quantumvis corpus alterat foris) nisi propria voluntate consentiat. In *Elucid.*, super cap. *Job*.

69. Qui gravissimis tentationibus sollicitatur ad malum, ita ut pene consentiat, ipse est in maximis periculis, et quasi morti proximus. In *Annot.* super *Psal.* IX.

70. Diversis machinis diabolus ulitur, et eum certantini manifesto cedit, ad hoc se victum demonstrat, ut vincat: ad hoc fugam simulat, ut persequentem missis post tergum sagittis, occidat. *Prose.*

71. Evidentibus quippe vitis provocat, in quibus si palam superetur, illico superbiam perniciosissime jaculatur; et vitorum auctor in eo quod vincere non potest vitis, vincit virtutibus alienis.

72. Armis, quibus eliditur, surgit: et virtute, qua dejecit, dejicit.

73. Laudat, qua se perspicit superari, virtutem ut victus possit captivare vincetorem.

74. Injicit enim cordi jactantiam, ut graviori lapsu de alto possit dejicere, si quos in hominibus videt gradu firmiore pugnare.

75. Nam cum gula delectamenta porrigit, si suscipiatur, fomitem libidinis subministrat: si respuitur, jactantiam de abstinentia seminat.

76. Insinuat dilectionem pecunie, si tenerit assensum, avaritiae gladio animam confodit incantam: si autem fuerit repulsus, insidias (quas per tenacitatem tendere non potuit) per liberalitatem nequissimus tendit. Epist. 3, ad *Proban.*, cap. 15.

77. Quos tentatione libido superare non potest, gravioribus stimulis urget. Super illud *Gen.* XIX: *Vinique faciebant.*

78. Diabolus ut incernis vincitur, cum aperta mala suggerens, omnia bona similiter tollere conatur: sed armatus venit, cum alia bona intacta praterit, alia latentur corrumpit. Super *Job*, cap. V.

79. Sicut nos Deus tentari, ut videamur nobis infirmi, et tamen custodit. Super illud *Job* I: *Ece in manu tua, etc.*

80. Cum tentatio nos percussit, elatio mentis succisa cedit, ut jam querat manum levantis. Super illud *Job* VI: *Succidat me.*

S. FRANCIS ASSISIENSIS.

FRANCISUS TITELM.

S. FULGENTI.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

S. CASSIUS

ARELAT.

CASSIODO.

CLEMENS

ALEX.

S. DIABOCH.

GRONTIUS

GARTHEUS.

S. DOROTH.

S. EPIPHAN.

S. BOYAT.

S. EREMUS

EMISSUS.



81. Vita tentationibus est referta. Super illud *Job vii*: *Militia est vita hominis*, etc.

GLOSS. INT.

82. De carne exit tentatio, quae consumit, et sine sonitu perforat, ita ut aliquando mens non sentiat. Super *Job*, cap. xiii.

GLOSS. ORD.

83. Diabolus durus terat, cum sub specie virtutis quasi infirmis laqueus occultatur. *Ibid.*, cap. xl.

GLOSS. INT.

84. Diabolus quanto magis frangitur, tanto tentat subtilius. *Ibid.*, cap. xli.

GLOSS. ORD.

85. Reques diaboli, lectulus tentationis est. Super *Isaiam*, cap. xiv.

86. In tentationem inducitur, qui tentatione frangitur. Super illud *Math. vi*: *Et ne nos inducas in tentationem*.

87. Tentatio est necessaria ad coronam. Super *Math.*, cap. vi.

88. Vere omnes mali, vel fecte boni, ingruente qualibet tentatione, peiores fiunt. *Ibid.*, cap. vi.

89. Tribus modis diabolus impugnat. Carnis concupiscentia, exterioribus mundi oblectamentis; et per se, cum universos ventos impulsione laxat. Super *Math.*, cap. vi.

90. Utile est sanctis, tentationibus examinari; ut vel tentati, quam fortes fuerint appareant; vel cognita per tentationem sua infirmitate, fortiores fieri discant. Super *Luc.*, cap. xxii.

S. GREGOR.  
MAGNUS.

91. Mens in Deum immobiliter fixa, tentationum impetum despiciit, nec ejuslibet terroris jacula perimescit. Lib. 31 *Moral.*, cap. 17.

92. Erga deum celestis militis pectus antiquus hostis tanto acientiora spicula perquirat, se quanto despici robustius conspiciit. *Ibid.*

93. Dæmonem audit, qui tentationem sentit: exaudit vero, qui tentationi consentit. *Ibid.*, lib. 4, cap. 34.

94. In hac vita dum sumus, aliquando tentari vitis necesse est. *Prose.*

95. Cum tentamur vitis, pia dispensatione nobiscum agitur, ne his virtutibus, quibus proficimus, extollamur.

96. Vita dum nos tentant, proficentis in nos virtutes humiliant: per tentantia vitia discimus, quid de nobis simus, et per illa restringimur, ne intrinsecus extollamur. *Ibid.*, lib. 23, cap. 17.

97. Diabolus eos pulsare negligit, quos quieto jure possidere se sentit. *Ibid.*, lib. 23, cap. 17.

98. Diabolus humanas mentes in quodam fervore insanie conceutit, sed aperta opera qualiter concessi animam ut evertat ostendit: intus namque prius ebullit in elatione, quod foris postmodum spumat in opere. *Ibid.*, lib. 34, cap. 18.

99. Antiquus hostis neque in exordio intentio-

nis ferit, neque in itinere actionis intercipit, duriores in fine laqueos tendit, quem tanto nequius obsidet, quanto solum sibi remansisse ad decipiendum videt. *Ibid.*, lib. 1, cap. 20.

100. Pia mens cum tentationum procellis increescere intrinsecus viderit, intra conscientiae portum fugit. *Ibid.*, lib. 2, cap. 9.

101. Sepe aerea potestates mundas mentis cogitationes ardore libidinis, et castos motus animi luxuriam tentatione perturbant. *Ibid.*

102. Justus tentatus non solum vires, a quo accipiat, discit: sed quanta eas vigilantia servet, intelligit. *Ibid.*, cap. 27.

103. Antiquus hostis humanum genus duobus modis tentare conseruit: ut videlicet corda stantium aut tribulationibus frangat, aut persuasionibus molliat. *Ibid.*, lib. 8, cap. 6.

104. Diabolus non solum per seipsum, sed et per eos, qui nobis adherent nos tentat. *Ibid.*

105. Si post virtutum munera nulla tentatione animus concutitur, has se habere ex semetipso gloriatur. *Ibid.*, lib. 8, cap. 17.

106. Diabolus ex se tentare quoslibet injuste appetit, sed eos qui tentandi sunt, prout tentandi sunt, non nisi tentari Deus juste permittit. *Ibid.*, lib. 18, cap. 3.

107. Justi animam gratia vocat, tentatio interrogat. *Ibid.*, lib. 20, cap. 19, super illud *Eccles. iv*: *In primis elegit eum*, etc.

108. Si tentationi in corde nascenti festine non resistitur, hac eadem, qua nutritur mora roboratur; et existens foris in operibus, vinci vix prevalet, quia ipsam intus membrorum dominam mentem captivam tenet. *Ibid.*, lib. 21, cap. 7.

109. Tanto alius inter tentationum fluctus mens attollitur, quanto sollicitus ab hujusseculi cogitatione vacatur. *Ibid.*, cap. 17.

110. Cum per tentationem humilitas proficit, prospera est ipsa adversitas, quae mentem ab elatione custodit. *Ibid.*, lib. 26, cap. 28.

111. Diabolus singulis hominibus vitis convenientibus insidiatur, et prius complexionem uniuscujusque perspicit, et tunc tentationis laqueos opponit; alius letis, alius tristibus, alius timidus, alius letis moribus existit. *Prose.*

112. Quia lætitiæ voluptas juxta est, letis moribus luxuriam proponit.

113. Quia tristitia in iram facile labitur, tristibus poculum discordiæ porrigit.

114. Quia timidi supplicia formidant, paventibus terrores intentant.

115. Quia elatos extolli laudibus conspiciit, eos ad quæque voluerit, blandis favoribus trahit. *Ibid.*, lib. 28, cap. 12.

116. Humanum est, tentationem in corde perpeti: demoniacum vero est in tentationis certamine in operatione superari. Part. 1 *Pastoralis*, cap. 14, super illud *Cor. x*: *Tentatio vos non apprehendat*.

117. Omnino metuenda et cavenda est hostis astutia, ne quos aperta nequit tentatione subvertere, latente telo savius valeat trucidare. Lib. 7, in *Registro*, indict. 2, cap. 110, epist. 110.

118. Blanda et læta appetenda callidus adversarius mentibus suggerit, qui nunquam melius vincitur, quam cum ad devotæ orationis lamenta curritur. Lib. 5, in *I Regum*, cap. 3, super illud: *Abconderunt se*.

119. Afflictio electæ mentis, omnis diaboliem tentationis peremptorius mucro est. *Ibid.*, super illud: *Afflictus est populus*, etc.

120. Cum tentamur, divina gratia juxta est, ut sustentemur adjuvet; juxta et divina justitia, ut deficientes damnet. *Ibid.*, super illud: *Eccc Samuel veniebat*.

121. Humanum cor ad omnem tentationis impulsum facile concutitur, si virtute constantiæ interius non firmatur. In *septem Psalm. Penit.*, super *Psal.* iii, vers. 40.

122. Antiquus hostis terrarum locis a tentatione non excluditur, quia si in paradiso hominem stravit, quis locus extra paradisum esse potest, in quo mentes hominum penetrare non valeat? Lib. 8, in *Registr.*, indict. 3, cap. 45, epist. 45, ad *Paladum Presbyter*.

123. Manifestum est quod nisi Deus ipse auxiliatus fuerit, et ad se clamantes defonderit, hostis noster vinci non poterit. *Ibid.*, lib. 4, indict. 13, cap. 100, epist. 56.

124. Si inter tentationum breves tenebras fortes sumus, cito divina lux auxilii aderit, in cujus adventu tenebrarum virtus evanescit. Lib. 5, in *I Regum*, cap. 1.

125. Dum Deus tentata corda tangit, ad spem victoriæ erigit. *Ibid.*

126. Tentatis electis, divini auxilii splendor valde vicinus est. *Ibid.*

127. Malignus spiritus ut mentes tentando superet, prius tenebras cogitationum malarum objicit, deinde concupiscentiarum flammam accendit, quia nisi prius mentem cæcaverit, ad pravitatem concupiscentiæ non impellit. *Ibid.*

S. HIERON.

128. Si illi tam graves tentationes sustinent, qui exeso corpore solis cogitationibus oppugnantur, quid patitur puella, quæ deliciis fruatur? Epist. 22, ad *Eustoch.*

129. Scuto fidei ignite diaboli exlinguuntur sagitte. *Ibid.*

130. Nusquam diabolus aperta fronte se prodit. Epist. 90, de *Vita Malchi*.

131. Tanto facilius vincitur, quanto ei citius repugnatur. Epist. ad *Demetriad.*

132. Freqnentibus procellis christiana vita qualiter alque tentatur, et pressuris lætatur et crescit. Epist. 6, ad *Amicum*.

133. Miser et infelix est, qui non fuerit in felicitate tentatus. *Ibid.*

134. Exterum se noverit ab amore Dei, qui nescit tentationibus vexari. *Ibid.*

135. Quid quisque possit, nisi tentatus non dicit. *Ibid.*

136. Impossibile aliquem (licet sanctus sit) sine tentatione transire in hoc sæculo. Super *Psal.* lxxvii, vers. 48.

137. Precedit tentatio ut sequatur victoria. Lib. 1, super *Math.*, cap. 4, can. 5, num. 46, super illud: *Tunc reliquit eum diabolus*.

138. Humanum est, in corde tentationem perpeti: diaboli vero est in tentationibus certamine fatigari. De *Allegor.*, super *Exod.*, lib. 3, cap. 17.

139. Diabolus tanto acrius justum per tentationem punit, quanto eum ad sublimiora et secretiora per habitum, et vitam ordinis cernit transire. De *Allegor.*, super *IV Reg.*, lib. 7, cap. 14.

140. Multum prosunt tentationes electis, quia per tentationis victoriam pertingunt ad coronam. De *Orat. Dom.*, cap. 2, pet. 6.

141. Quatuor sunt cause tentationum: prima est loci amonitas; secunda est locus divitiarum; tertia est pretiosus ornatus; quarta est mulierum species. Lib. 4, de *Claustr. anime*, cap. 4.

142. Labore annihilatur pondus tentationum, otio multiplicatur tentatio. *Ibid.*, lib. 2, cap. 14.

143. In hoc sæculo diabolus insidiatur, mundus adulatur, caro delectatur, anima excecatur, totus homo conturbatur. Lib. 4, de *Anima*, cap. 5.

144. Suggestit diabolus, delectatur caro, spiritus consentit. Lib. 2, de *Nuptiis spirit.*, cap. 1.

145. Dominus sepe permittit tentari de vitio aliquo, ne tentati de alio succumbamus. Super *Gen.*, cap. 14.

146. Tentationes fortes et duræ, testimonia sunt quod fugerit homo a diabolo: diabolus enim non vexat, nisi adversarios suos. *Ibid.*, cap. 34.

147. Diabolus illum qui recedit ab eo, fortius persequitur, omni peccatorum genere tentans, nunc de isto, nunc de illo: et si forte inveniat ofiosum, cito subvertit eum. *Ibid.*

148. Tentatio cui non consentitur, non est peccatum, sed materia exercendi virtutis. Super *Job*, cap. 1.

HEGO A S.  
VICTORS.



149. Tentatione pulsante cognoscit homo qualis ex se, et qualis ex Deo sit. *Ibid.*, cap. 33.

150. Quia Deus misericors est et probari tentationibus non permittit, non reprobari: cito consolationem infundit, et pugnā tentationum interna pace tranquillat. *Ibid.*, cap. 34.

151. Homic tentat diabolus, sed tentando, nesciens, purgat et probat. *Ibid.*, cap. 41.

152. Tentationes et insultus vitiorum, justis non nocent, sed prosunt. Super *Psal.* cxvii.

153. Omnium tentationum gravissima est non tentari: hinc enim gravissima vere est tentatio, quia quinque vulnera facit. *Prose.*

154. Primum est stulta securitas, secundum est torpor animi, tertium est contemptus fratrum, quartum est elatio mentis, quintum est negligentia sui. Super *Sap.*, cap. iii.

155. Hic est optimus modus contra tentationes diaboli, non litigare cum eo, id est, non turbari: quia ex quo homo non consentit, nec turbatur, diabolus statim cessat. Super *Isa.*, cap. 36.

156. Tunc facile occiditur diabolus, quando tenera est tentatio, et resistitur. *Ibid.*, cap. 37.

157. Multi devicti tentationibus demonis, per clationem egrotant, et plurimi moriuntur. *Ibid.*, cap. 38.

158. Si diabolus, cuius potestas magna est, te graviter tentaverit, locum tuum ne dimiseris. Super *Thren.*, cap. 1.

159. Iustus homo in tentatione non solum purgatur a culpa, sed etiam virtutibus confortatur ad bona digne operanda. Super *Ezec.*, cap. 1.

160. Non debemus petere; ut amoveatur tentatio: sed ut anima non vincatur. Super *Joan.*, cap. 12, in illud *Math.* vi: *Et ne nos inducas in tentationem.*

161. Quanto quis melior, et austerioris vite, magis tentatur. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 8.

162. Non in hoc differt a peccatore vir sanctus, quia non similiter et ipse tentatur: sed quia hic etiam magna impugnatione non vincitur, ille autem etiam parva tentatione superatur. *Prose.*

163. Non esset justus alicujus laudabilis fortitudo, si vinceret intentatus, cum utique victoria locum habere non possit absque adversitate certaminum. Collat. 18, *abb. Pamm.*, cap. 13.

164. Constans, et vigil, et sobrius, a tentationibus firmus evadit, et quanto majores sunt, tanto ejus fortitudo magis augetur. *Prose.*

165. Desse autem et supinus si vel tenuis tentationum aura efflatur, statim commoveatur et decidit. Homil. 2, super *Gen.*

166. Mos Dei est, ut nec a tentationibus viros virtute claros totaliter liberet, sed in ipsis tentationibus tantam suam declaret virtutem, ut tenta-

tionis ipsæ eis fiant occasio lætitiæ magnæ. *Ibid.*, homil. 62.

167. Tentationis ignis positus super carnem, comburit radices concupiscentiarum in ea, ut non facile concupiscat. Homil. 2, super *Math.* Oper. *imperf.*

168. Quanto gravior fuerit tentatio, tanto magis facit clarescere animam. *Ibid.*

169. In aqua semel baptizatur, in igne autem per tentationem pene dum vivimus. *Ibid.*

170. Qui murmurat de periculo tentationis, murmure necesse est de premio probationis. *Ibid.*, homil. 49.

171. In spiritualibus rebus nisi processerit tentatio, non potest esse probatio. *Ibid.*

172. Qui ad bellum transmittitur, ad gloriam paratur; et cui tentatio imponitur, correctio ei ostenditur. *Ibid.*, homil. 31.

173. Diabolus his maxime instat, qui spiritualia attingunt negotia: ibi multa insidias, ubi virtus: illic invidia, ubi misericordia. Homil. 1, *ad Popul. Antioch.*

174. Nihil illa claros et bonos emulatores bonis stiat infinitis, sicut tuba tentationum. Epist. 7, *ad Olympian.*

175. Justus ob id ipsum quod strenue diabolus confidatus est, tentationibus afficitur. Homil. 43, super 1 *Cor.*

176. Nihil horum te perturbet; si mali in quiete, tu in tentationibus ac pressuris vivis. Homil. 8, super 11 *Tim.*

177. Fortis armatura in tentationibus patientia est. Homil. 30, super *Epist. ad Hebr.*

178. Tribus generalibus modis diaboli omne bellum in omnibus excitatur. Aut ex nostra negligentia, aut ex superbia, aut ex demonum invidia. Ex his primus miserabilis est, secundus miserabilis, tertius autem beatus. Grad. 26.

179. Nullum certius argumentum est, quod demones a nobis victi sint, si nos acerrime oppugnent. *Ibid.*, grad. 26, *de Different. quietis.*

180. Tentaris? Ista communis est sors omnium vivendum: absque tentationibus nullo pacto prorens vita ducitur tolera quam habes, quia dum decrit, certus esto, succedet altera tibi fortassis asperior. Lib. 3, *de Consol. theolog.*, prosa 4.

181. Quanto homo justus pluribus impugnatur tentationibus, et quanto renitens eis plures vincitur, tanto frequentius, certius, et ideo fortius, quia humilior, in Deum se projicit, de Deo sperat, et confidit. Lib. 1, *de Consol. theolog.*, prosa 3.

182. Stet miles Christi, ne paveat tentari: hostes enim debiles sunt, non vincunt, nisi volentem. Super *Prolog. Regule S. Bened.*, cap. 2.

183. Necessarium est, et omnino utile, ut tenta-

temur: sed magnopere cavendum, ne superemur. *Ibid.*, cap. 2, text. 8.

184. Licet diabolo data sit facultas tentandi, non tamen datur ei potestas nocendi, nisi quantum Deo permittit, utile est ad nostram exercitiationem. *Ibid.*, cap. 2, text. 17.

185. Licet quibusdam intolerabiles diaboli tentationes videantur, tamen ubi sentit resistentem, facillime debilitatur: quanto enim percussus fuerit, tanto magis refrigerat et deficit. *Prose.*

186. Hostis ille debilis est, non vincit nisi volentem. *Ibid.*

187. Ante conversionem præcedit turba peccatorum, post conversionem sequitur turba tentationum. *Prose.*

188. Utile est Dei servo post conversionem tentari, quatenus a torpore negligentie sollicitudinis vitis ad virtutes animam per exercitium præparet meritum. *Ibid.*, cap. 2, text. 32.

189. Plus lædit diabolus una oratio, quam nos ejus offendat tentatio. In cap. 7 *Regule S. Bened.*, grad. 4, verbo *Hoc.*

190. Tentationibus nobismetipsos immolescimus et experimur, si Deum vocaciter timeamus. Lib. 1, homil. 10, *ad Monachos.*

191. Neminem antiquus hostis tentando, potest dejicere, nisi quem invenit prius a semetipso defecisse. *Prose.*

192. Otio quatit torpentem, incautum supplantat militem, illumque prosternit facillime, quem armis invenerit demudatum. *Ibid.*

192 bis. Nisi mens prius excrucata fuerit, voluntas demoni non succumbit. *Ibid.*, homil. 21.

193. Diabolus tentat improbe et procaciter, sicut musca: quia saepe repulsus, saepe redit: et sicut canis impudens per unam januam pulsus, redit per aliam. *Prose.*

194. Tentat autem frequenter et assidue, ut quem impetu vincere non potest, saltem tædio vineat. Lib. 1, *de Tentat. relig.*, cap. 4.

195. Tentatio, cui non consentimus, occasio nobis est meritum. *Ibid.*, cap. 14.

196. Sicut aurum in igne splendet, sic homo bonæ voluntatis in tentatione proficit. *Ibid.*

197. Nulla sunt sine tentationum experimentis opera virtutum, nulla sine probationibus fides, nullum sine hoste certamen, nulla sine congressione victoria. *Prose.*

198. Nam sicut caro si sale non aspergitur, statim nigra fit et corrumpitur: ita et anima, nisi tentationibus continuis salietur, cito resolvitur et relaxatur. *Ibid.*

199. Noli adversus Dominum murmurare, nihil enim impia pietas parit: non tentat ut perimat, sed probatur ut approbet. *Ibid.*, lib. 2, cap. 1.

200. Est versuti hostis ista conditio, ut impetu magis conetur tentare quam viribus: quod si quempiam suis iniquis suggestionibus in primis motibus fortiter senserit oblectari, concessum abscedit confusus. Epist. 3, *ad quasdam Moniales.*

201. Qui tentatus non est, scire non potest, cuius fortitudinis existat: pulsetur contrariis, et statim utrum sapiens sit, an stultus, sibi ipsi innoscit. *Ibid.*

202. Tentationes nobis ad virtutum exercitia utiles sunt, quæ et mala purgant præterita, et præmia nobis cumulant æterna. *Ibid.*

203. Valde necessarium est justum in hac vita vitium tentari: ut dum vitium pulsatur, de virtutibus non superbiat. *Prose.*

204. Tentari oportet justum, sed tentatione plage, non tentatione luxurie. Lib. 3, *de summo Bono*, cap. 1, sent. 42.

205. Ex se diabolus tentare quoslibet injusto appetit: sed eos qui tentandi sunt, et prout tentandi sunt, non nisi tentari Deus juste permittit. *Ibid.*, cap. 5.

206. Diabolus non est immisor, sed inceptor potius vitiorum: neque alibi concupiscentia fomenta succendit, nisi ubi prius pravæ cogitationis delectationes asperxit. Qui si a nobis spernitur, sine dubio confusus abscedit, statimque franguntur tentationis ejus jacula. *Ibid.*, sent. 6.

207. Qui suggestiones diaboli non respicit, in ejus insidias minime transit. *Prose.*

208. Nam facile in consequente opere repellitur, si prima oblectamenta illius respiciantur.

209. Diabolus serpens est lubricus, cuius si capiti, id est, primæ suggestioni non resistitur, totus interna cordis, dum non sentitur, illabitur. *Ibid.*, sent. 13.

210. Tentationum diabolicarum initia fragilia sunt: quas si non moveantur, sed per usum in consuetudinem transeant, in novissimis fortiter convalescent; ita ut aut nunquam, cum dum difficultate vincuntur. *Ibid.*, sent. 14, etc.

211. Diabolus suis fautoribus blanditur, Dei vero servis tentamenta molitur. *Ibid.*, sent. 16, etc.

212. Diabolus sanctos omnes non tentando possidet, sed tentando persequitur: nam qui non in eis intrinsecus regnat, contra eos extrinsecus pugnat. *Prose.*

213. Tunc contra quem, quem possidet, diabolus acrius sævit, quando se virtute divina ab eo expellendum cognoscit. *Ibid.*, sent. 17, etc.

214. Plus contra eos diabolus diversis tentationibus insidit, qui possunt aliis sua utilitate prodesse; ut dum illi impediuntur, non proficiant qui docendi sunt. *Ibid.*, sent. 19, etc.

S. JOH. CLER.

JOH. CLER.

JOH. TRIN.

JOH. CLER.

S. JOHANNES CHRYSOST.



215. Diabolus quando decipere quemquam querit, prius naturam uniuscujusque tentat, et inde se applicat: unde aptum hominem ad peccandum insperat. *Prosec.*

216. Ex ea parte homines diabolus tentat, qua eos pro excremento humore facile inclinari ad vitia conspiciat, ut secundum humoris conspectum adhibeat et tentationem. *Ibid.*, sent. 23.

217. Quem non decipit diabolus, per carnis luxuriam, cupiditatis ac nocendi malitia tentat. *Prosec.*

218. Quem autem nec sic decipit, insidiatur ei superbia: ruina: undique enim dolos preparat, quousque inveniat viam, per quam incautum decipiat. *Ibid.*, sent. 27.

219. Unusquisque ad tentationem animum, preparare debet: minus enim, dum sperata advenierit. *Ibid.*, cap. 58, sent. 8.

220. Non potes tentationes vincere, nisi de juvenis erudiaris; odacitatis enim vitio, crescit carnis tentatio. Lib. 2, de *Synonyma*, cap. 4.

221. Patientia virtus deficit, nisi tentatione erudiatur. *De Ligno vite*, tract. 5, de *Patient.*, cap. 4.

222. Ad tentationum pugnas animas preparemus, et intelligamus, quia quanto studiosiores pro nostra salute fuerimus, tanto vehementius ab adversariis tentamur. *Ibid.*

223. Nulla sine tentationum experimentis opera virtutis, nulla sine probatione fides, nullum sine hoste certamen, nulla sine aggressionem victoria. *Ibid.*

224. Non potest absque tentatione homo ad perfectionem venire: nec sibi innotescit, nisi tentatus: nec potest coronari, nisi vicent: nec potest vincere nisi certaverit: nec potest certare, nisi inimicum et tentationem habuerit. *Ibid.*

225. Ad virtutis perfectionem proculdubio tentatio via est: quae non solum hominem perficit, verum etiam divina providentia thesaurus patefacit. *De Casto Conubio*, cap. 6.

226. Optimum humane infirmitatis medicamentum, est tentatio. *Prosec.*

227. Ex impulsu enim tentationis, humilitatis lux emicat, dum sibi ipsi animus notus fit qualis sit. *Ibid.*

228. Nemo se fallat, nemo se decipiat, neque ita quisquam de cordis sui puritate confidat, ut putet se nullis tentationum periculis subjacere, cum pervigil ille tentator, eos acrioribus pulset insidias, quos maxime videt abstinere a peccatis. *Prosec.*

229. Tentatione vincitur, qui vincit ab eadem non vendit. *Serm.* 3 *Quadrage.*

230. Fallitur prorsus quicumque inter tentatio-

nes hujus vitae ab omni se vulnere credit immunem. *Ibid.*, *Serm.* 3.

231. Quantumlibet sapienter et provide iudex animus suis exterioribus praesit, inter ipsas tamen curas nimis ei semper vicina tentatio est. *Serm.* 5, de *Jejun. septimi mensis.*

232. Nulla sunt sine tentationum experimentis opera virtutis, nulla sine perturbationibus fides, nullum sine hoste certamen, nulla sine congressione victoria. *Serm.* 1 *Quadrage.*

233. Tentat sanitas, tentat infirmitas; dum illa materia est negligentiae, et haec causa tristitiae. *Serm.* 11 *Quadrage.*

234. Facilius et felicius ipsum malignum spiritum prava suggerentem vincere solemus, si ejus immisiones tanquam muscas volitantes contemnamus. *In Speculo spirit.*, cap. 3.

235. Arce tentationes, tentatus vero tibi fortunam prae. *Parvens.* 158.

236. Quod corpori sano valentique cibus est, idem est tentatio animo forti ac generoso. *Grat.* 6, de *Acedia.*

237. Plantas emittunt venti: et tentatio confirmat animi fortitudinem. *Ibid.*

238. Sicut caro, si sale non aspergatur, putris sit magna: et precipua, corrumpitur: ita et anima, nisi tentationibus assiduis quodammodo salietur, continuo resolvitur ac relaxatur. *Homil.* 27, in cap. xxxiii *Nam.*

239. Fortitudo quaedam et munimem est animae, tentamentum. *Ibid.*

240. Necessae omnes qui volunt exire de regno diaboli, et fines ejus evadere, tentationum ingruentium certamina tolerare. *Serm.* 33, de *S. Christophoro.*

241. Vitia, quae intra nos sunt, tentatoribus in tentatione concordant, et vires iniquis spiritibus administrant. *Opusc.* 13, cap. 21.

242. Carni, quae tentatur, necesse est ut presidens spiritus principetur; ut cum illa abiciat pugnam, iste quasi desuper intenet minaciter virgam, dum rigidi terroris adhibet disciplinam. *Opusc.* 32, cap. 6, grad. 19.

243. His qui ad caelestem patriam tendunt, tentationes deesse non possunt. *Ibid.*, cap. 7, grad. 29.

244. Saepo tentatio virtutibus admiscetur, ut laborioso Christi militi merces uberior acquiratur. *Ibid.*

245. Per mala tentationum ad praemiorum bona transitur. *Ibid.*, cap. 7, grad. 30.

246. Per experimenta tentationum ad bonitatem (quae proculdubio Christus est) pervenitur. *Ibid.*

247. Cavendum est, ne dum tentationes repunt, subreant. *Super Psal.* ciii, vers. 26.

248. Qui nunquam tentatur, nunquam probatur. *Super Palm.* cxlvi, vers. 2.

249. Ad magnam utilitatem fidelium materia est reservata certaminum, ut non superbiat sanctitas, dum pulsatur infirmitas. *Lib.* 1, de *Vocat. gent.*, cap. 8.

250. Laudabilis est atque felicius pugnantem non potius vinco, quam desiderem non potius tentari. *Ibid.*, lib. 2, cap. 35.

251. Si quis forte aliqua victus tentatione corruerit, non absorbeat tristitia, nec de Dei miseratione diffidat. *Ibid.*, cap. 37.

252. Omnino tentatio surgit aut interius, aut exterius: interius per cogitatum, exterius per sensum. *Part.* 1, de *Benjamin minore*, cap. 31.

253. Milites Christi non minus vincunt tentationes fugiendo, quam tolerando. *Super Psal.* xl, in *prae.*

254. Demones nullum tempus, nullum modum, nullum oppugnandi locum intentatum relinquunt: undique laesque, undique machinae concitantur, donec animam penitus subegerint; aut capere se posse desperent, donec aut eiecerint, aut spem omnem deposuerint. *De Provid.*, sect. 1.

255. Post tentationem consolatio. *Quest.* 6, super *Deuteronom.*

256. Vere magnam et vehementem est tentationis bellum, remissio, et delicia, et regnum, et potestas, et forma corporis. *Super II. Reg.*, quest. 25, cap. 2, in illud: *Et erat mulier aspectu valde pulchra*, etc.

257. Impugnantur homines a demonibus ex ipsa illorum malitia, ordo autem impugnationis ab ipso Deo est. *Part.* 4, quest. 114, art. 4.

258. Tentare ut noccat, ita diaboli proprium est, ut homini non competat, nisi ut diaboli ministro. *Ibid.*, art. 2.

259. Diabolus hominem spirituales non statim tentat de gravibus peccatis, sed paulatim a levioribus incipit, ut postmodum ad graviora perducat. *Part.* 3, quest. 44, art. 4.

260. Diabolus non superveniret tibi ad tentandum, nisi te in majore effectu videret. *De triplici Tentat.*

261. Non poterit aliquis diu in disciplina et devotione perseverare, qui contra tentationes viriliter non pugnat. *Serm.* 4, ad *Novit.*

262. Nullus, quamvis imbecillissimus, frangatur aut tentationibus perturbetur: sed meminerit quod tanto ibi erit corona pretiosior, quanto fuerit in resistendo conflictus major. *Serm.* 5, ad *frat.*

263. Nescimus saepe quid possumus, sed tentatio aperit quid sumus. *Lib.* 1, de *Imit. Chr.*, cap. 13, sect. 5.

Tom. IV.

264. Quandiū in mundo vivimus, sine tentatione esse non possumus. *Prosec.*

265. Nemo tam perfectus est et sanctus, qui non habeat aliquando tentationes, et plene eis carere non possumus. *Ibid.*, cap. 13, sect. 1.

266. Sunt tentationes homini saepe valde utiles, licet molesta sint, et graves: quia in illis homo humiliatur, purgatur, et eruditur. *Prosec.*

267. Omnes sancti per multas tentationes transierunt et profecerunt: et qui tentationes sustinere nequeverunt, reprobi facti sunt et defecerunt. *Ibid.*, cap. 13, sect. 2.

268. Non est aliquis ordo tam sanctus: nec locus tam secretus, ubi non sint tentationes. *Ibid.*

269. Multi quaerunt tentationes fugere, et gravius incidunt in eas: per solam fugam non possumus vincere, sed per patientiam et veram humilitatem efficimur fortiores. *Ibid.*, cap. 13, sect. 3.

270. Vigilandum est praecipue circa initia tentationis: quia tunc facilius hostis vincitur, si ostium mentis nullatenus intrare sinatur, sed extra limen statim ut pulsaverit, illi obviatur. *Ibid.*, cap. 13, sect. 5.

271. Quidam a magnis tentationibus custodiuntur: et in parvis quotidianis saepe vincuntur: ut humiliati nunquam de seipsis in magnis confidant, qui in tam modicis infirmantur. *Ibid.*, cap. 13.

272. Suggestionem spernere diaboli, insigne est virtutis, et magni meritum. *Ibid.*, lib. 3, cap. 6, sect. 2.

273. In tentationibus et tribulationibus probatur homo, quantum proficit, et ibi majus meritum existit, et virtus melius patescit. *Ibid.*, lib. 1, cap. 13, sect. 8.

274. Valde vilis quandoque res est, unde gravis tentatio provenit. *Ibid.*, lib. 3, cap. 20.

275. Virtus monachi in tentationibus apparet. *Lib.* 5, libell. 7, de *Fortitud.*, num. 13.

SENTENTIA PAGANORUM.

276. Non dubium est, quin certius robur sit, quod non vincitur, quam quod non laecetur, cum dubie sint vires inexperte. *De Constantia sapient.*, cap. 3.

277. Pulsari homo potest, capi non potest, nisi velit. *Epist.* 74.

TENTATIO CHRISTI.

Vide CHRISTUS TENTATUS.

TEPIDITAS.

SENTENTIA PATRUM.

1. Tepide viventes Christiani, difficiliter corri-

GENEAL.

V. BEDA.



guntur quam pagani. In suis *Prov.*, verbo *Tepide*.

2. Tepidi, si diu ita permanserint, sub onere aut opprimuntur, et succumbunt, aut quodammodo in inferno sunt. *Serm. 3, de Ascens.*

3. Inde tam perniciosa tepiditas emanat, quia affectus, id est voluntas eorum, qui tepidi sunt, nondum purgata est, nec horum sic voluit sicut noverunt, a propria concupiscentia abstracti graviter et illecti. *Prosec.*

4. Amant enim in carne suas terrenas consolatiunculas, sive in verbo, sive in signo, sive in facto, sive in aliquo alio : et si hæc interrumpunt aliquando, non tamen penitus rumpunt ; inde est quod raro affectiones suas dirigunt in Deum, et eorum compunctio non continua, sed horaria est.

5. Impleri autem visitationibus Domini anima non potest, quæ his tepiditatibus subjacet ; et quanto magis illis evanescit, tanto amplius istis impletur : nisi multum, multum : si parum, parum.

6. Neque enim spiritus et caro, ignis et tepiditas in uno domicilio commorantur præsertim cum tepiditas ipsi Domino soleat vomitum provocare. *Ibid.*

7. Quorum tepida conversatio, horum obedientia sine devotione, sermo sine circumspectione, oratio sine cordis intentione, lectio sine edificatione. *Prosec.*

8. Quos, ut videmus, vix gehennæ metus inhibet, vix pudor cohibet, vix frenat ratio, vix disciplina coercet.

9. Non tibi horum vita inferno penitus appropinquare videtur, dum intellectu affectui, et affectu intellectui repugnante, necesse habent mittere manum ad opera fortium, qui cibo fortium minime sustentantur, socii plane tribulationis, sed non consolationis ?

10. Exurgamus obscuro ; quicumque ejusmodi sumus, resarciamus animas, spiritum resolligamus, obijcimus perniciosa tepiditatem, etsi non quia perniciosa est, et Deo solet etiam vomitum provocare : certe quia molestissima, plena miserie et doloris, et interno plane proxima umbra mortis jure censetur. *Ibid.*, *serm. 6.*

11. Si tepidus es, et evoni jam formidas, non discedas ab eloquio Domini, et inflammabit te ; quia eloquium ejus ignitum valde. *Serm. de multiplici Utilitate verbi Dei.*

12. Sepe corde tepido et arido accedimus, orationi incumbimus : persistentibus autem repente infunditur gratia, pinguescit pectus, replet viscera inundatio pietatis. *Serm. 9, super Cant.*

13. In tepiditatem incidis, cum incipis remissius agere. *Serm. 1, ad Fratres.*

14. Si semel animam, animæ incuria, et spiritu dormitante, frigus tepiditatis pervaserit, mox subit quidam animi rigor, et vigor lentescit ; languor fingitur virium ; horror austeritatis intenditur ; timor sollicitæ paupertatis ; contrahitur animus ; subtrahitur gratia ; protrahitur longitudo vite ; sopitur ratio ; spiritus extinguuntur ; deferescit novitius fervor ; ingravescit tepor fastidiosus, relinquitur fraternæ charitas ; blanditur voluptas ; fallit securitas ; revocat consuetudo, dissimulatur lex ; abdicatur jus, læs proscribitur ; derelinquitur timor Domini. *Serm. 63, super Cant.*

15. Postremo fit salus de excelso in abyssum, de pavimento in sterquilinum, de solio in cloacam, de celo in cœnum, de claustro in sæculum, de paradiso in infernum. *Ibid.*

16. Semper in robusto et vegeto corpore, animus mollior atque tepidior jacet. *Epist. 253, ad abbat. Garin.*

17. Perniciosa tepiditas, quia perniciosa est, quia molestissima est. *Lib. 6 Florum, cap. 15.*

18. Gratia Dei in tepidis virtutem amittit. *Serm. 2, dom. 2, post Pent.*

19. Astutus et crudelis hostis diabolus, calliditate veteris artificii, ac multiformis ingenii, animas quas semel persuasionem nequissima desides ac tepidas effecerit, etiam in aliorum subversione eas sibi serviro compellit. *Homil. 35.*

20. Melius tibi fuerat in sæculo mansisse frigidum, quam in monasterio non esse ferventem. *Ibid.*, *homil. 30.*

21. Nullus respuitur, nisi qui tepidus invenitur. *Serm. 2, dom. 2, post Pent.*

22. Multi sunt ; qui in initio conversionis suæ, in servitio Dei ferventes existunt ; sed processu temporis tepescunt. *Super Apocal.*, *cap. 2, art. 4.*

23. Vir in torpore ac negligentia dies suos transigens, seipsum decipit. *Ad Monachos, parænesis. 34.*

24. Ille Deus, tantorum munerum repromissor non vult in servitio suo habere tepidum, despicit fastidiosum ; recusat coactum, respuit indotum. *Homil. 8, ad Monachos.*

25. Periculosum est atque periculosum, negligentius ac tepidius agendo multorum animas depravare. *Ibid.*, *homil. 4.*

26. Spiritu tepido et paulatim a gratia frigescente necesse est carnem et sanguinem, quæ sua sunt, querere. In suis *Opusc.*, *collat. 10, de Necessitatibus.*

27. Animum ejus, qui proxime Deum accedere velit, non tepescere oportet, sed spiritu fervere. *Super Levit.*, *cap. 16.*

28. Qui in sanctis monasteriis sunt tepidi, mendandi sunt quasi ægri ; non sunt eiciendi, ut

HAYMO.

morui. *Lib. 4, in l. Reg.*, *cap. 4, super illud : Non exaudivit vos.*

29. Torpetes sibi hæc posse ad salutem sufficere credunt, quod sua dimiserunt, quod varia crimina sub habitu religionis constituit, non admittunt : atque idcirco dormiunt, bibunt, et secure vivunt ; dumque hoc faciunt, tepidi existunt. *Super Apocal.*, *cap. 3, super illud : Quia tepidus es, etc.*

HUGO CARD.

30. Novitius primo fervorem magnum concipiunt, sed postmodum tepiditatem pariunt. *Super Isai.*, *cap. xxxiii.*

JOAN. CASS.

31. Sicut immensa gloria fideliter servientibus Deo repromittitur in futurum ; ita peccata gravissima preparantur his, qui tepide negligentique quæ promiserunt fuerint executi. *De Cenob. instit.*, *lib. 4, de Inst. reman.*, *cap. 33.*

32. Cum monachus elatione cordis in perniciosissimum teporem noxiisque corrumpit : nec verus monachus, nec secularis effectus est. *Ibid.*, *lib. 12.*

33. Is qui professus monachum, nec tamen viam perfectionis arripit, a spiritalis fervoris igne discessit. *Prosec.*

34. Qui semel tepido exorsus initio monachi cepit abuti vocabulo, nec fervore, quo debuit iter suæ professionis arripit ; non ex se ulterius perfecta spera, nec alterius poterit monitis erudiri. *Collat. 4, abbat. Danielis, cap. 19.*

35. Evidens est tepidæ mentis indicium, si verborum salutarium medicinam, quamvis studio nimia assiduitatis ingestam, fastidiosè negligentique suscipiat. *Collat. 4, abbat. Nesterotis, cap. 43.*

36. Is qui tepidus animus est, etiamsi multi temporis curricula ad sui penitentiam meretur, nihil firmum atque robustum poterit promereri : nec Deum facile ad misericordiam commovebit. *Homil. de Jona propheta.*

37. Nihil adeo nocet Deo servire volentibus, sicut mentis tepiditas, quæ semper in principio ex parva quadam negligentia oritur : sed nisi statim curetur, successive mirabiliter augetur. *Part. 1, de Regione claustr.*, *tract. 1, reg. 1, art. 7.*

38. Cum monachus in tepiditatis foveam semel occiderit, ad pristinum fervorem difficulter redit. *Orat. 5, in conventu abbat. habita.*

39. Tepidus est, qui sceleribus et vitis majoribus non involvitur, et tamen sine fervore Dei amoris, otiosus inter alios conversatur. *Ibid.*

40. Citius ad veram penitentiam frigidus convertitur, quam a consuetâ negligentia tepidus emendatur. *Ibid.*

41. Multos remissa conversio in pristinos errores reducit, ac vivendi tepore resolvit. *Prosec.*

42. Horum ergo exempla quisque conversus

evita, ne dum timorem Dei a tepore incipis, rursus mundanis erroribus immergatur.

43. Tepidus in conversione otiosa verba et vanas cogitationes esse noxias non conspicit : quod si a tepore mentis evigilaverit, ea quæ levia existimabat, confestim quasi horrenda atque atrociter perterritus. *Lib. 2, de sum. Bono, cap. 10, sent. 1.*

44. Væ qui evomitur, quoniam regno Dei ineptus judicatur. *De casto Connub.*, *cap. 7.*

45. Tepiditas charitatem suffocat, devotionem extinguit, virtutes debilitat, oculos caecat, aggravat corpus ; enervat mentem. *Ibid.*, *cap. 45.*

46. Sicut vita continens et abstinentie labor, atque agoniam certamina, faciunt unumquemque virum virtutis appellari ; ita e contrario remissa vita et ignava, facit virum ignavia appellari. *Homil. 25, in cap. xxxi. Numer.*, *super illud : Dixit ad viros virtutis, etc.*

47. Nihil remissum, nihil tepidum habeamus in nobis : sed cum fervore spiritus, et calore fidei cuncta pergamus. *Lib. 9, in cap. xii. Epist. ad Rom.* *super illud : Spiritu ferventes, etc.*

48. Vicina morti labes est torpor animorum. *Epist. ad Machab.*

49. Devotio est fervidus penitens, quam tepidus innocens : cum ille materiam fervoris habeat, hic tepiditatis. *Serm. 56, de S. Martino.*

50. Mens que tot actionum secularium ventos recipit, ab amoris intimi fervore tepescit. *Opusc. 12, cap. 11.*

51. Nunc quia Christum agnovisti, et negligis quem agnovisti, qui susceptus es, quasi intra os Dei per fidei agnitonem, projeceris per teporem. *Lib. 4, de Gubernatione Dei.*

52. Si incipis tepescere, incipies male habere. *Lib. 1, de Imitatione, cap. 25, sect. 11.*

53. Sicut carbo frigidus conjunctus igni ardenti, fit calidus et ardens, sic tepidus sociatus se fervido et devoto, fit saepe fervidus et devotus. *In Hortulo Rosarum, cap. 1.*

54. Tepidus de mane, raro fervescit in vespero. *Ibid.*, *cap. 12.*

55. Sunt quidam sicut et tepidi fratres, in quibus non est terror spiritualis, sed tantum exterior apparatus habitus humilis, et affectu honoris. *Serm. 1, ad Novit.*, *divis. 4.*

56. Sicut ad successum ollam muscum non appropinquant, si vero tepida fuerit, insident in ea, et faciunt vermes : ita et monachus successum igne divini amoris fugiunt demones, tepidum vero illudant et insequuntur. *Lib. 3, num. 204.* Vide etiam tit. *Incipere*, *sent. 53.*

## TERRA.

*Etymologia.* Terra a *tero, teris*, dicta est. *Serm. 3* s. ANTONIUS DE PADUA.

S. BONAV.

S. CESARIUS

ARELAT.

CASSIODOR.

DIONYSIUS

CARTIUS.

S. EPIPHAN.

S. EUSEBIUS

EMISSEN.

S. FRANCIS.

ASSISIENS.

GLOSS. ORD.

S. GREGORIUS

MAGNUS.

S. LAURENT.

JUSTIN.

ORTOGNES.

S. PAULIN.

S. PETRUS

DAM.

SALVIANUS.

THOMAS

A KEMPIS.

IN VIT.

PATR.



CASSIODOR. Terra dicta est a *terendo*, quod commeanium gressibus atteratur. Super *Psaln.* xi vers. 19.  
 RUGO CARD. *Divisio*. Triplex est terra, terra, quam terminus; terra, quam gerimus; terra, quam quærimus. Prima est terra mortuorum; secunda, est terra mortua, scilicet corpus mortuum per peccatum; tertia est terra viventium in æternum. Super *Genes.*, cap. 31.

## SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROS. 1. Terra exercitium est hominis, colum corpora. Enarr. 1, super *Genes.*, ad *Heronian.*  
 S. ANTONIUS DE PADUA. 2. Vere conleritur; qui se terram agnoscit. Serm. *Dom.* 22 post *Trinitatem.*  
 S. AUGUST. 3. Melius est carne ambulare super terram, quam cupiditate ire sub terram. Super *Psaln.* lxxii. vers. 9.  
 4. Non vis ut det te Deus manducandum draconum? non esse cibus draconis. Ubi dictum est draconum: Terram manducabis; ibi dictum est et prævaricatori: Terra es, et in terram ibis; cibus serpentis esse non vis, non esse terra; non eris terra, si terram non sapias. Super *Psaln.* ciii, conc. 4.  
 5. Terra corpus est simplex, quia elementum. *De Quant. animæ*, cap. 1.  
 6. Inter omnia elementa mundi terra videtur minus speciosa, quam cætera. Lib. 1, *de Gen. contra Manich.*, cap. 7.  
 7. Aliter absorbet terra aquam sitiens, aliter solis radius candens: illa indigentia, iste potentia. Epist. 49, quæst. 1.  
 8. Acutum cor nihil est, quando in terra est. Epist. 216.  
 9. Deus fecit hominem et bestias, ut impleret terram bonis terrenis. *De catechis. Rud.*, cap. 13.  
 10. Deus terram fundavit, atque fecundat. Lib. 7, *de Civitate Dei*, cap. 29.  
 11. Altera pars sumus colli, altera terræ. Lib. *Meditat.*, cap. 37.  
 12. Pone in terra terrena, sursum cor. Tract. 48, super *Joan.*  
 13. Terram sapitis, terrenis pascimini, delectamini, inhiatis, sursum corda non habetis. Tract. 38, super *Joan.*, in illud: *Vos de dorsum estis. etc.*  
 S. BERNARD. 14. Quid, o homo, que super terram sunt desideras et diligis, coelestia vero non curas? Serm. *de Misericordia humana.*  
 S. DONAV. 15. Terra sunt, qui terrena sapiunt. Expos. 2, super *Psaln.* cxviii, cap. 2, vers. 3, art. 2.  
 16. Terra fertilis si diu incolta fuerit, silvescit: si nimis cogitur fructificare, fit macra; sed si medium tenetur, fertilis perseverat. Lib. *de Profectu relig.*, cap. 1.  
 16 bis. Qui terrenis inhaeret, invenire non potest, nisi quod in terrenis latet. *De septem Itineribus æternitatis*, litin. 3, dist. 5.

17. Omnia quæ de terra orta sunt, in terram convertentur. Quid terra de terram vendis? memento quod terras, et in terram revertentis. Hab. in *Decret. Gratiani*, part. 2, causa 13, quæst. 2, can. in *Ecclesiasten.*  
 17 bis. Terram teris, terram geris, et in terram converteris, qui de terra sumeris. *Ibid.*  
 18. In quantum te a terrenis abstracteris, in tantum te coelestibus insinabis. Homil. 3, *Epiphani.*  
 19. In terrenis caro quiescit, sed spiritus deficiat. Super *Job*, cap. 41.  
 20. Terrena sapiunt, qui imaginem terreni, non celestis portant. Super *Hierem.*, cap. 1.  
 21. Omne terrenum revertitur in terram. Super *Daniel.*, cap. 7.  
 22. Terrena operans, terrena expectans est. Super *Luce.*, cap. 14.  
 23. Terra, quia nos omnes genuit, mater est omnium. Lib. 2 *Moral.*, cap. 12.  
 24. Altitudines terre sunt, lucra rerum, blandimenta subditorum, divitiarum abundantia, honor et sublimitas dignitatum: quæ terreni eo ipso alta æstimant, quo magna putant. *Ibid.*, lib. 31, cap. 49.  
 25. Terram semper innotuet qui curvus est. Homil. 31, super *Evang.*  
 26. Qui terrenarum rerum amore vincitur, in Deo nullatenus delectatur. In *septem Psalms. Poenit.*, super *Psaln.* ii, vers. 14.  
 27. Quisquis terreno studio terram relinquit, terram non relinquit, sed appetit. Homil. 40, super *Ezech.*  
 28. In terra seditio est, bella, atque discordia. Epist. 29, ad *Theodoram.*  
 29. Christiani cœlum debent amare, non terram. Epist. 37, ad *Pammach. et Ocean.*  
 30. Qui terrena sapiunt, et terrenis inhiant, carnis desiderio solent aggravari. Lib. 2, *de Claustro animæ*, cap. 23.  
 31. In rebus conditis nihil terra infirmius, vel corruptibilius invenitur. Lib. *de Vanit. mundi.*  
 32. Est terra, quæ plena est furore Domini: et est terra, quæ plena est correptione Domini. *Prose.*  
 33. Terra, quæ plena est furore Domini, est infernus: terra, quæ plena est correptione Domini, est igitur purgatorius. Serm. 63, *de Divers.*  
 34. Est terra, quæ plena est voluptate Domini, quæ est paradus: et est terra, quæ plena est sustentatione Domini, et est hic mundus. *Ibid.*  
 35. Terræ dediti, nec cogitare, nec loqui, nec audire possunt, nisi de terrenis: quia ibi cor, ibi

CONCILIUM  
TRIBURENSISS. EUSEBIUS  
EPISSEN.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.  
MAGNUS.

S. HIERON.

RUGO A S.  
VICTORE.

LACT. FIRM.

RUGO CARD.

lingua, ibi aures eorum sunt. Super *Prov.*, cap. 17.  
 S. JOANNES CHRYSOST. 36. Terra ipsa est nutritrix, et mater nostra ipsaque nostra patria est, et commune sepulchrum. Homil. 2, super *Genes.*, in illud *Gen.* 1: *Terra autem invisibilis erat.*  
 37. Terra quasi optima nutritrix singulis temporibus et anni partibus varia et diversa dona nobis profert, præcepto dominico serviens. *Ibid.*, homil. 24.  
 38. Nos qui non de terra in terram vocamur ut Abraham: sed de terra in cœlum, tante sumus negligentie, ut præferamus terram celo. *Ibid.*, homil. 31.  
 39. Quæ utilitas, si terra sit fructuosa et ferax, homines autem mali. *Ibid.*, homil. 33.  
 40. Tu ad terrena quasi porcus diaboli artibus persuasus devolveris. Homil. 50, super *Math. Oper. imperf.*  
 41. Omne quod de terra suscepimus, in terra dimittitur. Homil. 26, super *Math. Oper. imperf.*  
 42. Terra non germinat nisi pluviam susceperit, nec pluvia fructificat sine terra. *Ibid.*, homil. 32.  
 43. Terrena perpetrare est quod terrenum efficit, quemadmodum celo digna operari, est quod coelestem reddit. Homil. 42, super *I Cor.*  
 44. Donec anima terrena miratur, necessario coelestia spernit ac despiciat. Lib. 2, *de Compunct. cordis.*  
 45. Terra nobis est et patria et sepulchrum. Homil. 9, super *Gen.*  
 46. Despice terram, ut coeleste diripiatur regnum. Quæcumque in terris acquisieris, servilia sunt: sin illa despicias, in regia eris illustris. Si ea ipsa despicias, Deus illa curabit: si ea nos curare velimus, ipse illa despiciet. Homil. 40, super *I Tim.*  
 47. Non estis de terra, nec de terra venistis: sed pro tempore de terra suscepistis terram, ut per terram vincatis terram. Homil. 45, super *Math. Oper. imperf.* in illud: *Nolite thesaurizare, etc.*  
 48. Si qui se corpori rebusque terrenis addixerint, premuntur in terram, nec assuqui possunt divini numinis gratiam. *De Ira Dei*, cap. 19.  
 49. Cum homines Deus artifex ore sublimi, statu recto figuratos, ad contemplationem cœli et notitiam Dei excitaverit, curvare se ad terram malunt peccatum more. *Ibid.*, cap. 20.  
 50. Humilis et curvus et pronus est, qui ab aspectu cœli, Deique Patris aversus, terrena (quæ calcare debuerat) veneratur. *Ibid.*

lingua, ibi aures eorum sunt. Super *Prov.*, cap. 17.

36. Terra ipsa est nutritrix, et mater nostra ipsaque nostra patria est, et commune sepulchrum.

Homil. 2, super *Genes.*, in illud *Gen.* 1: *Terra autem invisibilis erat.*

37. Terra quasi optima nutritrix singulis temporibus et anni partibus varia et diversa dona nobis profert, præcepto dominico serviens.

*Ibid.*, homil. 24.

38. Nos qui non de terra in terram vocamur ut Abraham: sed de terra in cœlum, tante sumus negligentie, ut præferamus terram celo.

*Ibid.*, homil. 31.

39. Quæ utilitas, si terra sit fructuosa et ferax, homines autem mali.

*Ibid.*, homil. 33.40. Tu ad terrena quasi porcus diaboli artibus persuasus devolveris. Homil. 50, super *Math. Oper. imperf.*41. Omne quod de terra suscepimus, in terra dimittitur. Homil. 26, super *Math. Oper. imperf.*

42. Terra non germinat nisi pluviam susceperit, nec pluvia fructificat sine terra.

*Ibid.*, homil. 32.43. Terrena perpetrare est quod terrenum efficit, quemadmodum celo digna operari, est quod coelestem reddit. Homil. 42, super *I Cor.*44. Donec anima terrena miratur, necessario coelestia spernit ac despiciat. Lib. 2, *de Compunct. cordis.*45. Terra nobis est et patria et sepulchrum. Homil. 9, super *Gen.*46. Despice terram, ut coeleste diripiatur regnum. Quæcumque in terris acquisieris, servilia sunt: sin illa despicias, in regia eris illustris. Si ea ipsa despicias, Deus illa curabit: si ea nos curare velimus, ipse illa despiciet. Homil. 40, super *I Tim.*47. Non estis de terra, nec de terra venistis: sed pro tempore de terra suscepistis terram, ut per terram vincatis terram. Homil. 45, super *Math. Oper. imperf.* in illud: *Nolite thesaurizare, etc.*48. Si qui se corpori rebusque terrenis addixerint, premuntur in terram, nec assuqui possunt divini numinis gratiam. *De Ira Dei*, cap. 19.49. Cum homines Deus artifex ore sublimi, statu recto figuratos, ad contemplationem cœli et notitiam Dei excitaverit, curvare se ad terram malunt peccatum more. *Ibid.*, cap. 20.50. Humilis et curvus et pronus est, qui ab aspectu cœli, Deique Patris aversus, terrena (quæ calcare debuerat) veneratur. *Ibid.*51. Non est fas hominem relicto Deo sensu ac vite datore, terrenis famulari. *Ibid.*, cap. 23.52. Ope et corpus ipsum hominis, cujus hospitio utitur, terra est. Lib. 2, *de divin. Inst.*, cap. 2.53. Vere cæci sunt, qui coelestia non videntes, et tenebris ignorantie circumfusi, terrena et fragilia venerantur. *Ibid.*, lib. 4, cap. 26.54. Terreni homines nihil sapiunt, nisi terram. *Ibid.*, lib. 6, cap. 1.55. Terra carnis nostre, nisi assiduis fuerit subacta culturis, cito de segni otio spinas tribulosque producit, et partu degeneri dabit fructum non horreis inserendum, sed igitibus concremandum. Serm. 4, *de Jejun. Pontec.*56. Terra est domus omnium mortalium: illuc quo abiit Adam, et omnes qui post eum fuerunt: illuc quo abiit ille, ad quem dictum est: Terra es, et in terram ibis. Lib. 1, in *Job*, super illud: *Nudus ibi illic.*57. Qui a terrenis vacant, spiritualium notitiam citius assequuntur. Epist. 7, ad *Quendam.*58. Terram sapis, terram loqueris, terram lingis. *Ibid.*, epist. 9, ad *Radolph. Lexoviens. episc.*59. Terra est homo, quia de terra sumitur, in terra conversatur, in terra revertitur: terram sapit, terram lingit, terram sitit. *Prose.*

60. Pro terra litigat, pro terra pugnat: nec cessabit a talibus, donec in terram, qui de terra est revertatur.

61. Hieremias propheta tertio vocat hominem terram, quia homo tripliciter terra est. *Prose.*

62. Terra est, quia de terra creatus est: terra est, quia in terra conversatur: terra est, quia in terram revertetur.

63. Terra est creatione, terra est conversatione, terra est morte. *Ibid.*, super *Job*, cap. 1.

64. Nemo potest connecti terra, et jungi celo. Serm. 164.

51. Non est fas hominem relicto Deo sensu ac vite datore, terrenis famulari. *Ibid.*, cap. 23.52. Ope et corpus ipsum hominis, cujus hospitio utitur, terra est. Lib. 2, *de divin. Inst.*, cap. 2.53. Vere cæci sunt, qui coelestia non videntes, et tenebris ignorantie circumfusi, terrena et fragilia venerantur. *Ibid.*, lib. 4, cap. 26.54. Terreni homines nihil sapiunt, nisi terram. *Ibid.*, lib. 6, cap. 1.55. Terra carnis nostre, nisi assiduis fuerit subacta culturis, cito de segni otio spinas tribulosque producit, et partu degeneri dabit fructum non horreis inserendum, sed igitibus concremandum. Serm. 4, *de Jejun. Pontec.*56. Terra est domus omnium mortalium: illuc quo abiit Adam, et omnes qui post eum fuerunt: illuc quo abiit ille, ad quem dictum est: Terra es, et in terram ibis. Lib. 1, in *Job*, super illud: *Nudus ibi illic.*57. Qui a terrenis vacant, spiritualium notitiam citius assequuntur. Epist. 7, ad *Quendam.*58. Terram sapis, terram loqueris, terram lingis. *Ibid.*, epist. 9, ad *Radolph. Lexoviens. episc.*59. Terra est homo, quia de terra sumitur, in terra conversatur, in terra revertitur: terram sapit, terram lingit, terram sitit. *Prose.*

60. Pro terra litigat, pro terra pugnat: nec cessabit a talibus, donec in terram, qui de terra est revertatur.

61. Hieremias propheta tertio vocat hominem terram, quia homo tripliciter terra est. *Prose.*

62. Terra est, quia de terra creatus est: terra est, quia in terra conversatur: terra est, quia in terram revertetur.

63. Terra est creatione, terra est conversatione, terra est morte. *Ibid.*, super *Job*, cap. 1.

64. Nemo potest connecti terra, et jungi celo. Serm. 164.

## SENTENTIE PAGANORUM.

65. Terra est alitrix generis humani. In *Dialogo Timæi.*66. Emetisimur quæcumque terras, nullum inventuri sumus solum intra mundum, quod alienum homini sit. *De Consolat. ad Helviam*, cap. 9.67. Angustus animus est, quem terrena delectant. *Ibid.*

68. Nemo sapiens, qui deorsum respicit in terram. Sent. 378.

S. LEO I.

PETRUS  
ELESENS.S. PETRUS  
CHRYSOSOL.

PLATO.

SILTIUS  
PHIL.



VALENIUS  
MAXIMUS.

69. Videte ne dum terram custoditis, coelum amittatis. Lib. 7, *Diector.*, cap. 2.  
Vide etiam tit. *Desperatio*, sent. 36; *Homo*, sent. 58; *Intentio*, sent. 49; *Mensa*, sent. 35; *Occupatio*, sent. 27; *Provisio*, sent. 27; *Relinquere*, sent. 61; *Thesaurus*, sent. 31, 32, 33; *Visio Dei*, sent. 65.

## TESTIMONIUM.

COLLECTOR.

*Etymologia.* Testis dicitur quasi antestis, hoc est, ante stans: vel ut aliqui volunt, quasi tenens statum.

S. AUGUST.

Testimonia græce martyria nuncupantur, quo verbo jam utimur pro latino eloquio; unde illos qui propter testimonium Christi, diversis passionibus humiliati sunt, et usque ad mortem vitam possemus appellare, sed græce utique martyres appellamus. Super *Psalm.* cxviii, conc. 6, in illud: *Testimonia tua exquiri.*

S. PROSPER.

*Definitio.* Quis est testis falsus, nisi qui hominem quemlibet de criminibus indiscussis obijurat? Lib. 2, *De Vita contempta.*

SALVIANUS.

Testimonium recte esse dicitur, quo rerum veritas approbatur. Lib. 2, *de Gubernatione Dei.*

## SENTENTIE PATRUM.

S. ANSELM.

1. Conscientia propria sufficit unicuique ad testimonium. Super *Epistolam ad Romanos*, cap. 2.

S. ANTONIN.

2. Testificando falsum advenienter, tenetur ad restitutionem omnium, quæ exinde proximus amisit propter ejus testimonium. Part. 2, tit. 4, cap. 19, § 7.

S. AUGUST.

3. Qui divina testimonia non sequuntur, pondus humani testimonii perdidit. *Epistolam ad Bonifacium*, cap. 50.

4. Testis est, qui adest, non in cubiculo adest parietum, sed in cubilibus conscientiarum vestrarum. Super *Psalm.* lxxvii.

5. Inimicus sapiens, carnem potest occidere; tu autem dicendo falsum testimonium, animam occidis. Super *Psalm.* lxxix, vers. 17.

6. Falsus testis linguam suam et animam suam prius trucidat, et alterum lædere se percipio conatur, male utitur lingua, nec ideo malum est lingua: opus est Dei lingua, sed bono opere Dei male utitur illanquitia. Tract. 27, super *Evangelium Joannis*, de cap. vi.

7. Veritas queritur per duos testes, ita sic se habet humani generis consuetudo: sed tamen fieri potest ut et duo mentiantur, ut in Suzanna casta accidit. *Ibid.*, tract. 36, de cap. 8.

8. Humana decet divinis, non divina humanis testimoniis confirmari. *De Sobrietate*, cap. 4.

9. Testimonium martyrum impii audire no-

lunt, ut vivant: et testimonium dormientium audiunt, ut pereant. Homil. 36, *de Quinquagesima Homil.*

10. Quid vult falsus testis, nisi mordendo nocere, et consumere mentiendo? Serm. 2, *Sabbat. post 3 Dom. Quadr.*

11. Non debet vendere testis verum testimonium. *Epistolam ad Hebræos*, cap. 5.

12. Constat nostra scientia ex visis rebus et creditis: sed in his quibus vidimus, nos ipsi testes sumus; in his que credimus, aliis testibus movemur ad fidem. § 102, cap. 3.

13. Hæc duo sunt, testis et testimonium, quorum ad oculos unum, ad aures alterum pertinet. *Ibid.*

14. Quæ nec corporæ sensu experti sumus, nec mente assequi valimus aut valemus, eis sine ulla dubitatione credenda sunt testibus. In *Enchiridion*, cap. 4.

15. Non apud quoscunque loquimur, testes sumus; sed apud eos quibus expedit et debetur per nos cognoscere aut credere veritatem. *Prosec.*

16. Cum autem ille te interrogat, aut jvult ex te aliquid nosse, qui eam rem querit que non ad eum pertinet, aut quam ei nosse non expedit non testem, sed proditorum requirit.

17. Inique si et mentiaris, a falso testimonio fortasse alienus eris, sed a mendacio profecto non eris. *De mendacio*, cap. 17.

18. Falsi testimonii non minus reus est, qui de seipso falsum facit, quam si adversus proximum hoc faceret. Lib. 4, *de Civitate Dei*, cap. 20.

19. Sicut homo jurans adhibet testem Deum, ita seipsum Deus. Lib. *contra Adversarios legis*, cap. 11.

20. Martyres testes dicuntur, testes autem Christi, veri testes sunt. *Ad Donat.*, post collat., cap. 4.

21. Deus testes habere voluit homines, ut et homines habeant testem Deum. Tract. 1, super *Epistolam ad Joannem*.

22. Non dignatur Deus testis esse, qui iudex est: quoniam qui testis est, ipse iudex erit. Tract. 36, super *Joannem*.

23. In iudicio nec falsos testes addeas, quibus iudex fallatur: tunc enim ipse erit iudex cause tue, qui modo est testis vite tue. *De decem Chordis*, cap. 2.

24. Mentiri Deo potes, Deum fallere non potes. Tract. 26, super *Joannem*.

25. Multi homines iudæ scelus, quod Dominum eum magistrum, Deumque suum pecunia vendiderit, velut immane et nefarium exhorrent, nec tamen cavent. *Prosec.*

V. BRIDA.

S. BONAV.

26. Nam cum pro muneribus falsum contra quemlibet testimonium dicunt: profecto quia veritatem pro pecunia negant, Deum pecunia vendunt. Lib. 4, super *Marcum*, cap. xiv, in illud: *Examinaverunt et pecuniam, etc.*

S. CALIXTUS  
PAPA.

27. Attendenda est non solum testimonii veritas, sed etiam testium honestas. Serm. 2, *Dom. infra oct. Ascens.*

S. CALIXTUS  
PAPA.

28. Nullum putaveris locum sine teste. In *Speculo discipuli*, part. 4, cap. 30.

S. CALIXTUS  
PAPA.

29. Testes per quemcumque Scripturam testimonium non forant, sed presentes de iis que nocuerunt et viderunt, veraciter testimonium profertur. Apud Gratianum, in *Decretis*, part. 2, causa 3, quest. 9, can. *Testes*.

CASTIGOR.

30. Mendacii sui poenas recipiet, qui falsum testimonium proferre contendit. Super *Psalm.* xxxvi.

S. CALIXTUS  
PAPA.

31. Indubitatum testimonium est, quod præstat ingratius; et non potest gratiosum dici, quod confirmat ille, qui reus est. Super *Psalm.* lxxviii.

S. CALIXTUS  
PAPA.

32. Pro multis malis sepe bonum testimonium damus, atque de bonis mala dicimus nescientes: et necesse est verecundiam incurral, qui ignorans aliquid testimonio asseverat. Super *Psalm.* cxviii, vers. *Quod suspicatus sum.*

CONCL.  
MATICENSE.

33. In testibus fides, dignitas, mores, gravitas moderanda vel examinanda est. Hab. in *Decretis Gratiani*, part. 2, causa 4, quest. 2, can. *Si testes*, § *In testibus*.

S. CALIXTUS  
PAPA.

34. Testes qui adversus fidem suæ testationis vacillant, audiendi non sunt. *Ibid.*

S. CHARLES  
HERSCOL.

35. Non dicas, Nemo me vidit; neque putes quod testis factorum non sit: homo quidem quandoque non est, sed non errans testis est in celo. *Cateches.* 18.

S. FELIX  
PAPA.

36. Affinis testis non admittitur, nisi in crimine injuriarum. Hab. in *Decretis Gratiani*, part. 2, causa 3, quest. 9, can. *Absens*.

GLOSS. ORD.

37. Falsus testis nocet mordendo, et consumit mentiendo. Super illud *Exodi* x: *Eccc ego iudex eam cras locutur.*

GLOSS. INT.

38. Qui testem habet in celo, si ab hominibus reprehendatur, non erret. Super *Job*, cap. xvi.

GLOSS. ORD.

39. Ille veraciter testis fidelis est, qui nescit mentiri. Super illud *Apocalypsis* i: *Qui est testis fidelis.*

GRATIANUS

40. Ob carmen famosum damnatus, intestabilis erit. In *Decretis*, part. 2, causa 4, quest. 9, can. *Si testes*, § *Ob carmen*.

41. Nullus idoneus testis in re sua intelligitur. *Ibid.*, etc., § *Nullus*.

42. Ubi numerus testium non adicitur, etiam duo sufficiunt: pluralis enim locutio, duorum numero contenta est. *Ibid.*, etc., § *Ubi*.

43. Eos testes ad veritatem adjuvandam adhiberi oportet, quoniam gratia et potentia, fidem religioni iudiciali debent possunt præponere. *Ibid.*, etc., § *Eos*.

44. Testes Dei sunt, qui pro exercitium sancti operis, testantur, quæ electos secum sibi præmia veritatis. Lib. 9, cap. 35.

45. Qui sine teste ambulat, recte non vivit. Lib. 10, in *Registro*, indict. 5, cap. 22, ad *Joannem subdian.*

46. Amanitum cœca sunt iudicia; nunquam ergo de amicorum testimonio glorieris. *Prosec.*

47. Illud verum est testimonium, quod ab inimica voce profertur: aliqui si amicum pro te dixerit, non testis, aut iudex, sed fautor putabitur. *Epistolam ad Romanos*, cap. 15, ad *Pannac.*

48. Fidele testimonium est, si non habet causas mendicandi. In *Regula Monachorum*, cap. 24, de *Virt. humilit.*

49. Falsus testis est, qui non eodem sensu dicta intelligit que dicuntur. Lib. 4, super *Matth.*, cap. 26, can. 6, num. 309, super illud: *Novissime venerunt duo falsi testes.*

50. Duo testes sunt, vita et conscientia: bonus testis, bona vita. Coram Deo testis est conscientia, coram hominibus vita. Lib. 2, *De Claustro animi*, cap. 17.

51. Testes iniqui sunt adulatores, falsum testimonium adulando perhibentes. Super *Psalm.* xxxvi.

52. Equus testis est, cuius vita et verba, æqua libra sibi respondent: iniquus autem testis est, cuius verba sunt grana, et vita palea, qui bona dicit, et mala facit. Super *Psalm.* xxxiv.

53. Hodie periclitatur causa Domini, propter defectum testium: adversarii enim tot et tanta habent dicere in testes, et in facta, et in dicta testimonium, quod per eos parum, aut nihil de jure suo possit Dominus obtinere. Super *Psalm.*, cap. 18.

54. Falsus testis est, qui nec juratus, nec rogatus fert testimonium. Super *Isa.*, cap. 43.

55. Testis ille non est idoneus, qui non interfuit testandis. Super *Acta Apostolorum*, cap. 2.

56. Testes ex auditu et fama, sufficienter non probant. Lib. 2, *Decret.* Const., const. 48, in titulo.

57. Diligenter examinandi sunt testes, et puniendi illi, qui eos impediunt, et effrazata testimonium multando est per iudicem referenda. *Ibid.*, const. 52, in titulo.

58. Cum de fama vel vitio falsitatis inquiritur, cogendi sunt testes. *Ibid.*, const. 62, in titulo.

59. Falsi testes possunt facere malam famam, non tamen possunt interficere conscientiam. Homil. *de Susanna*.

S. GREGOR.  
MAGNUS.

S. HIERON.

HUGO A. S.  
VICTORE.

HUGO CARD.

S. INNOC. III

S. JOANNES  
CHRYSOST.



60. Testimonium cuiuspiam nequaquam idoneum est, nisi cum bonae vitae institutio commendat. Prose.

61. Nemo potest alterius esse testis idoneus, nisi prior fuerit suus. Homil. 3, super Matth. Oper. imperf.

62. Inimicorum testimonium in iudicio etsi verum fuerit, quasi suspectum reprobatur. Ibid., homil. 42.

63. Id veritatis maximum est argumentum, cum quis inimicos in testimonium adducit. Homil. 82.

64. Duos habere testes, hoc profecto magna probationis indicium est. Homil. 15, super I Tim.

JOAN. SAR. 65. Non ad multitudinem respici oportet sed ad sinceram testium fidem, et testimonia, quibus potius lux veritatis assistit. Lib. 5, de Nugis curial., cap. 14.

JOAN. TRITH. 66. Magna pars peccatorum tollitur, si peccatoris testis assistat. Super Prolog. Regule S. Bened., cap. 2, text. 28.

S. ISIDORUS HISPALENS. 67. Si mendacium gratis dicitur, quanto magis si venale queritur? neque enim doctri multiplex conventus testium falsorum, si tantum presentia sit numerorum. Lib. 2, de Sum. bono, cap. 55, sent. 1.

68. Testis falsidicus tribus est personis obnoxius: primum Deo, quem perjurando contemnit; deinde iudici, quem mentiendo fallit; postremo innocenti, quem falso testimonio ledit. Ibid., sent. 2, etc.

69. Testibus falsis conjunctis, tarde mendacii falsitas reperitur: quod si separati fuerint, examine iudicantis cito manifestantur. Prose.

70. Nam sicut in unitate pravorum testium grandis est fortitudo: ita in separatione major infirmitas.

71. Fraudulencia cito deprehenditur, cum mendacium falsidicorum testium sibi non convenit.

72. Unum pene crimen habent, et qui falsitatem promittit, et qui supprimit veritatem: quia et ille obesse vult, et iste prodesse non vult.

73. Prior est autem testis, qui laedit, quam qui prestare nolit: nam ille malignus est, iste inutilis. Ibid., sent. 4, etc.

74. Iniquus testis, quamvis sua falsitate corpori rebusque officiat, animae tamen nihil oberit, imo maximum lucrum confert, si impetitus equanimiter tulerit. Prose.

75. Erit autem ille apud Deum condemnatus, qui adversus innocentem falsum testimonium vel dicit, vel dicentibus credit.

76. Nam non solum ille reus est, qui falsum de

alio profert testimonium; sed et is qui cito autrem criminibus praebet. Ibid., sent. 6, etc.

77. Qui metu polestatis virtutem occultat, ejusdem veritatis iracundiam sibi colitus provocat: quia plus pertimescit hominem, quam divinam trepidet indignationem. Ibid., sent. 7, etc.

78. Testimonio tuo nulli noceas, ad nullius periculum vocem testificationis alibihas. Lib. 2, de Synonym., cap. 16.

79. A cupiditate instabilis opum, falsa testimonia erupere. In Epitome, cap. Duas.

80. Punienti sunt testes, qui ad calumniam aliquid testificantur: nec eorum voces tanquam plurium admittuntur, quos temporum quidem diversitas simul interfuisse prohibuit. Hab. in Decret. Gratiani, part. 2, causa 3, quest. 9, cau. Nihilominus.

81. Qui falsum testimonium dicit, diabolus aperit os ejus. Homil. 3, in cap. vii Exod.

82. Si quis ea quae videt in delicto proximo sui, vel non indicat, vel in testimonium vocatus, non quae vera sunt dixerit, peccatum quod commisit ille quem celat, ipse suscipit, et poena commissi revolvitur ad conscientiam. Homil. 3, in cap. iii Levit.

83. Vetat Dominus [falsum testimonium, non ignarus falsos testes multis magnisque molestis se involvere. Prose.

84. Primo sanctam veritatem violant, qua nihil est in rebus sacratis, solis in morem illustrante negotia, ne quid eorum in obscuro lateat. De Decalogo.

85. Falsarius testis multa variaeque confingens, rodit ut locusta famam, vitam, actusque alienos, donec totum adversus quem falsa [contingit, radicitus exterminet. De Promiss., part. 1, cap. 36.

86. Falsus testis innocentem nullis provocantibus meritis arguendo, videri vult reum. Lib. 2, de Vita contemplat., cap. 8.

87. Humana dicta argumentis se testibus egent, Dei autem sermo ipse sibi testis est: quia necesse est quiddam incorrupta veritas loquitur, incorruptum sit testimonium veritatis. Lib. 3, de Gubern. Dei.

88. Testium inductio [publicam praecedere debet in correctione denuntiationem. 2, 2, Quest. 33, art. 8.

SENTENTIA PAGANORUM.

89. Testis est dicere quae scierit, aut audierit, cum veritate sermonis. Lib. 4, de Arte rhetor.

90. Solent testes in reos, non in damnatos interrogari. Lib. 1, epist. 5, ad Vocentium Romanam.

91. Testimonium veritati, non] amicitiae reddas. De quatuor Virtut.

92. Nullum putaveris locum sine teste. De Moribus.

Vide etiam tit. Judas, sent. 58; Passio Christi, sent. 32; Restitutio, sent. 26; Reus, sent. 47.

THEOLOGIA.

LECTOR. Elymologia. Theologia dictio est graeca: nam Theos Deus dicitur, logos sermo: unde theologia est sermo de Deo, vel de divinis.

S. THOMAS AQUINAS. Definitio. Theologia est scientia de divinis. Super lib. 1 Sentent., quest. 1, art. 1, ad 4.

S. BONAV. Divisio. Triplex dicitur theologia: Prima quae Dei est; secunda, rationalis et nostra; tertia, sensualis et symbolica. Exposit. 1, super Psalm. cii.

SENTENTIA PATRUM.

S. BASILIUS MAGNUS. 1. Artes de caetero tractant homines, non theologiam. Epist. 61, ad Fratres episcop.

2. Theologia sola est scientia perfecta, quoniam incipit a primo, quod est primum principium, et pervenit ad ultimum, quod est premium aeternum. Prose.

3. Incipit a summo, quod est Deus altissimus, et pervenit ad infimum, quod est infernale supplicium.

S. BONAV. 4. In hac cognitione theologiae est sapor perfectus, vita et salus animarum: et ideo ad eam addiscendam inflammari debet desiderium omnium Christianorum. In Brevilog., part. 1, esp. 1.

S. MACCOC. 5. Omnia dona Dei sunt valde bona, et omnium honorum causa: sed nullum ita nostrum cor inflammat, et illud ad amandum bonitatem ejus excitat, ut donum theologiae, cum sit fons matutinus gratiae Dei. De perfect. spirit., cap. 67.

6. Mens nostra ad theologiam se dat libenter propter latitudinem, et laxitatem res divinas contemplantium. Ibid., cap. 68.

S. BONYN. 7. Ante omnem actum, et in theologia maxime, ab oratione inchoandum nobis est. De divin. Nomina., cap. 3.

S. EPHEMUS. 8. Ad Theologiam tum erimus idonei, quando superando passiones a nobis ipsi omnem affectionem carnalem exterminaverimus, nullamque occupationem mente relinquimus. De Virtute, cap. 10.

S. FRANCISCUS ASSISIENSIS. 9. Placet mihi, quod sancte theologiae litteras fratribus intropereris, ita tamen ut neque in te, neque in ceteris extinguatur sanctae orationis spiritus. In suis Opusc., epist. 3, ad S. Antonium de Padua.

S. GREGOR. NAZ. 10. Opportunum tempus, non parum idoneum theologicum consecrandum est. Lib. 1, de Theologia.

11. Argutores ac sophistas, non theologos

agunt homines. Hab. D. Joan. Damasc., lib. 2 Parall., cap. 80.

12. Via theologiae profecto longe est major, quam humana. Homil. 4, super I Cor.

13. Tutum non est cum veste, neque cum passione aliqua, theologiam attingere: dogmatum enim ejus ingens est alta profunditas. Grad. 27.

14. Castitas discipulum theologum facit. Grad. 30.

15. Theologia ecclesiastici corporis oculus est, et venter etiam spirituales cibos glutiens, coquens et in caetera membra delegans. Serm. de quatuor David., divis. 2, consid. 1.

16. Inutilis est theologia, vana prorsus, inutilis et noxia, si non comes affuerit devotio. Tract. 7, super Magnificat.

17. Theologia philosophiae praeficitur: quoniam sicut naturam gratia, sicut ancillum domina, sicut discipulum magistra, sicut tempus aeternitas, sicut ratiocinationem intelligentia; sic theologia philosophiam exuperat. Lib. 1, de Consolat. theol., prosa. 2.

18. Philosophia et theologia sine devotione, dispergunt superbos, et deprimunt. Tract. 7, super Magnificat.

19. Theologia domina est omnium scientiarum; nulla enim scientia reperitur (si casta est) quae non theologiae obsequatur et ancilletur. Lect. 2, de Theol., consid. 4, part. 4.

20. Theologia est magna vitae spiritualis, divinae, et catholicae gubernatrix. Serm. ad Reg. Franc. nomine Univers. Paris.

21. Si es theologus, vere orabis, si eris theologus et vere orabis, theologus vere eris. De Orat., cap. 57.

22. Diu te invitavi ad studiosam Theologiae militiam, ne abhorreas hunc laborem. Epist. 9 ad Quemdam.

23. Sane laborem theologiae facultatis non debet abhorre: scholasticus namque hominis labor non est in operibus, sed in verbis. Ibid.

24. Theologia est animae pabulum, et pontificatus viaticum. De Scient. utiliorib.

25. Theologia habet principia certa, non simpliciter per se nota theologo, sed per viam credulitatis, supponendo ea a Deo, qui ea habet per scientiam superiorem. Super 1 sent., quest. 1 prolog., art. 1, in contrar.

26. Tota Theologia ordinatur ad habendam notitiam de Deo. Ibid., art. 2, in contrar.

27. Theologia est sapientia non solum tertio modo, sed etiam secundo, et ideo non solum est speculativa, sed etiam practica. Ibid., quest. 2, art. 1, ad 3.

S. JOANNES CHRYSOST.

S. JOAN. CL.

JOAN. GERS.

S. NILUS.

PETRUS BLESSENS.

S. THOMAS AQUINAS.

LACT. FIDM.

S. LEO I.

ORIGENES.

PHILO JUD.

S. PROSE.

SALVIANUS.

S. THOMAS AQUINAS.

CICERO.

PLINICIUS II.

SENECA.



28. Theologia doctrina notificat Deum per Inmen fideli: unde non oportet quod circa universalis versetur, sed circa ipsum Deum, qui est principale subiectum huius doctrine, et circa alia profert sunt a Deo, vel ad Deum. *Ibid.*, ad 4.

29. Theologia, quantum ad materiam et modum cognoscendi, est alius scientiis perfectior, quamvis ex parte scientis sit imperfectior. *Ibid.*, quest. 2, in contrar., et ad 4.

30. Theologia est nobilissima doctrina, quia per unum simplicissimum medium (quod est veritas prima, cui innititur) extendit se non solum ad speculabilia, sed et ad operabilia. *Ibid.*, ad 4.

THESAURUS.

HUGOCARD. *Ethymologia.* Dicitur thesaurus a *thesis*, quod est positio, et *aurum*: unde thesaurizans, est aurum ponere, scilicet in arca, vel alibi. Super *Psalm.* xxxviii.

COLLECTOR. *Definitio.* Thesaurus est vetus depositio pecuniarum, mobilisve rei pretiosae, cuius non extat memoria, nec dominus.

SENTENTIAE PATRUM.

S. ANTONIN. 1. Donatum thesaurum qui non abscondit, perdit. Part. 2, tit. 4, cap. 7, § 4.

S. AUGUST. 2. Theauri mentem possunt plerumque subvertere: at mens quae non thesauris subvertitur, sine ullis thesauris facilius et expeditius potest vivere. Lib. 14, de *Trinitate*, cap. 14.

3. In thesauris pauperum dulcissima requies, et vera securitas est: ad ipsum enim amittendum nec latro admittitur, nec naufragium metuitur: servat secum quod intus habet, nudus evadit, et plenus est. Super *Psalm.* xxxvi, conc. 2, vers. 22.

4. Non dormiat in thesauris suis, qui pauperi prodesse potest. De *Duodecim abusionibus*, cap. 4.

5. Nihil est melius, nihil dulcius, quam divinum scrutari nullo strepente thesaurum; dulce est, bonum est. Homil. 25, ex *Quingentesimo Homil.*

S. BERNARD. 6. Theauri quos thesaurizare debemus, tres sunt: Desiderium pietatis in corde; doctrina veritatis in voce; assiduitas perseverans in homine. In suis *Sentent.*, cap. *Theauri*.

7. Utinam saperes miser, et intelligeres, cum thesauro pecuniae, thesaurum iras pariter cumulari. In *Declamatione*.

8. Cur thesaurizas in terra, homo, cum sine dilatione transeat et illud quod colligitur et ipse qui colligit? Lib. *Meditat.*, cap. 17.

S. BONAV. 9. O caecitas! tristatur homo, si perdit thesaurum mundi, et non curat, si perdit fidem, cha-

ritatem, iustitiam, et patientiam, pretiosum thesaurum Spiritus sancti. *Prose.*

10. O si cogitamus cum quanta distinctione thesaurus iste ponderetur in die reditionis, id est mortis vel iudicii, antequam in donum thesaurorum caeli recipiatur, quam diligenter eum custodiremus! *Serm.* 3, *fer. 2 Pent.*

11. Quantum credendus est thesaurus corporalis comparatus thesauro spirituali? quanto est auius corporis nobilior, tanto thesaurus animae est thesauro corporali melior. Thesaurus animae est quo solo anima dives est. *Prose.*

12. Si multum doles pro amissione thesauri corporalis, quantum dolorem deceat habere pro amissione thesauri spiritualis? *Serm.* 1 de *S. Mattheo*.

12 bis. Non dormiat in thesauris suis, qui pauperes dormire non sinit. De *duodecim Abusionibus*, cap. 4.

13. Facilius animae thesaurus non in arca, sed in memoria portatur. Homil. 4, de *Symbolo*.

14. Inter omnia, quae vanitatis sunt hominum, illa est vel precipua, vel apertissima, quod magno studio, cura, sollicitudine, ac labore thesaurus magnos, homines cupidissime congregant, ignorantes quibus ista sic congregent. In *Evangelio*, super *Psalm.* xxxviii, vers. 10.

15. Thesaurum nostrum in caelis ponamus, ut etiam cor nostrum in caelis habere possimus. *Prose.*

16. Necessè est enim, ut quo processerit dilectionis thesaurus, illic etiam cognitionis aequatur affectus.

17. Ut ergo in codis thesaurizemus, caelestia diligamus.

18. Vis nosse ubi thesaurizas? attende quid amas: vis nosse quid amas? attende quid cogitas.

19. Ita fiet ut thesaurum tuum ex tuo amore cognoscas, et amorem tuum indicio tue cogitationis intelligas. *Serm.* 1, de *Confessoribus*.

20. Inventus thesaurus absconditur, ut servetur; quia studium caelestis desiderii a malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. *Prose.*

21. Deprædari enim desiderat, qui thesaurum publice portat in via. Homil. 2, super *Evangelium*.

22. Thesaurus spiritualis tanto magis cumulari, quanto magis temporalis thesaurus studiosius pro Deo expenditur. *Serm.* de *Virginitate*.

23. Qui thesaurus effudit, efficit rudera terrae, et facti in altum forem, sedulus insisit labori: donec ad thesaurus quos quaerit, attingat: sic qui thesauros sapientiae invenire desiderat, quid-

quid sibi terrenum inesse deprehenderit, expurgat, fossam in se humilitatis faciat nec quiescat, donec inveniat. Lib. 4, super *Prov.*, cap. 2.

24. Saepè plerique thesaurizant, et congregant multa, quae aut desidia filiorum everit, aut fisco occupat, aut diripiunt alieni. Super *Psalm.* xxxviii, vers. 10, *Theaurizans*, etc.

25. Ibi quique habent cor, ubi est thesaurus. Gulosi thesaurus venter est: luxuriosi thesaurus caele sunt; lascivi ludicra; amatoris libidinis. Lib. 4, super *Math.*, cap. 6, can. 5, num. 46, super illud: *Ubi enim est thesaurus tuus*, etc.

26. Thesaurus ex pretiosis congeritur, reconditur; custoditur; augmentatur; in tempus necessitatis reservatur. Lib. 4, de *Proprietate*, cap. 18.

27. In thesauro homo habetur firmitas; pretiositas; secretum; pulchritudo; sollicitudo; confidentia. Super *Luc.*, cap. 6.

28. Thesaurus malorum est inobedientia, et infructuabilitas, et iniquitas. *Prose.*

29. Fuge thesaurum iniquitatis, et reconde thesaurum elemosinarum: hominum opus quod possit omne peccatum extinguere, quod idoneum sit ad solventium omnem iniquitatem. Homil. super *Psalm.* lxxv.

30. Diabolus quasi quosdam laqueos facit thesauros in terra, ut homines istis thesauris et caelestibus spoliaret. Homil. 12, super *Math.*, *Oper. perit.*

31. Qui collocat thesaurus in terra, non habet quod speret in caelo; et in vanum aspiciet in caelum, ubi nihil repositum habet. *Prose.*

32. Qui divitias suas reponit in caelo, non habet spem in terra: ut quid enim delectaretur in terra, qui nihil habet in terra?

33. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, quia non estis de terra, nec de terra venistis, sed pro tempore de terra suscepistis terram, ut per terram vincatis terram: sed de caelo estis, et de caelo venistis, et iterum redituri estis in caelum, nisi ultro remanere volueritis in terra.

34. Qui thesaurizat in terris, duplex facit peccatum: primum, quia male congregat: secundo, quia cor habens in terra, nunquam quae Dei sunt recordatur, sed semper quae terrae.

35. Qui autem thesaurizat in caelo, duplicem iustitiam facit: primo, quia bene fenerat: secundo, quia spem habens in Deo, semper quae Dei sunt cogitat et meditat, et non quae terrae. Homil. 15, super *Math.*, *Oper. imperf.*, in illud: *Nolite thesaurizare*, etc.

36. Thesauros tuos ad caelestia regna transmille: sonerare in pauperibus Dominum, in egenis Christum, et pascere et vesti. *Serm.* 1, de *Martyria*.

37. Parentes filiis thesaurizare lex naturae praecipit. Homil. 27, super *I Cor.*

38. Sicut is, qui competitus est, ambulare non valet: ita et qui pecunias sibi thesaurizat, in caelum ascendere non possunt. Grad. 26.

39. Thesaurus facile exauritur, si nullis interrim pecuniis reficiatur. De *tygno vite*, tract. 5, de *Patientia*.

40. Thesaurus animae sed auri, non argenti, neque gemmarum: sed spiritalis, invisibilis humanis obtutibus, immensaque valoris. De *contemptu mundi*, cap. 19.

41. Thesaurus hominis est quaedam fructuum eius congregatio, laborumque collectio. *Serm.* 7, de *Jejun. septimi mensis*.

42. Si opes congreges, ut plenus habeas sufficientiam vite huius, teipsum decipis. *Prose.*

43. Auget enim inopiam multiplicata rerum temporalium substantia. Epist. 17, ad *Quendam Cleric.*

44. Thesaurum, qui non abscondit, prodit. *Serm.* 7.

45. Thesaurus caeli, est manus pauperis: quod suscipit ne in terra pereat, reponit in caelum. *Ibid.*, *serm.* 8.

46. Jacens animus plebeius est, qui mummulum thesauris regalibus anteponit. *Ibid.*, *serm.* 22.

47. Thesaurus cor hominis aut per elemosinam levat ad caelum, aut per avaritiam demergit in terram. *Prose.*

48. Homo, mitte et prae mitte thesaurum tuum in caelos, ne caelestem animam demergas in terram. *Ibid.*

49. Queris ut acquiras, acquiris ut perdas, perdis ut doleas; thesaurizas, et ignoras cui. *Serm.* 59, de *S. Nicol.*

50. Cedat, cedat terrena pecunia, ubi caelestis thesaurus admittitur. Opusc. 12, cap. 4.

51. Loca thesaurorum de meritis thesaurizationum nominavit Apostolus. Ibi enim dicuntur esse iam thesauri, ubi sunt thesaurizantes futuri: ut qui cupiditatem et avaritiam thesaurizarent, in inferno se opes locare cognoscerent: qui vero misericordiam et humanitatem, caelestes se thesauros preparare gauderent. Lib. 3, ad *Eccles. Cathol.*, super illud, *Math.* vi: *Nolite thesaurizare*.

52. Duo thesaurorum genera monstrantur: unum scilicet quo filii thesaurizant patres, aliud quo sibi, filiis, ut erudiant illos officio ac timore divino: sibi, ut thesaurizent sibi thesauros in caelo. *Ibid.*

53. Illius thesaurus tinea comedit, qui vanitatis servit, et vitam suam in huius mundi pompa constituit. Homil. 7, de *Miseriordia*.

S. JOANNES CLIV.

S. LAURENTIUS JUSTIN.

S. LEO I.

PETR. ULES.

S. PETRUS CHRYSOL.

S. PETRUS DAM.

SALVIANUS.

S. VALER. EPISCOPUS.

PRO A. S. VICTOR.

S. CYRIL. EMISEN.

FRANCISCUS TITIEL.

S. FULGEN.

S. GREGOR. MAGNES.

HATED.

S. HIERON.